



8.

12

1767, 2

DISSERTATIO IVRIDICA,  
 DE  
**IVRE CONSVLTTIS**  
 EXTRANEIS,  
 IN  
**IVRE MECKLENBURGICO,**  
 ERRANTIBVS:

---

P 522


QVAM,  
 DEO T. O. M. ANNVENTE,  
 PRAESIDE,  
**D. ERN. IO. FRIED. Mangeln,**  
 SEREN. DVC. REGN. MECKLENB.  
 CONSIL. CANCELL. ET CONSIST. COM. PAL.  
 CAES. ET IVRIS, IN ACAD. FRIEDERICIANA,  
 BVEZOVIIENSI, PROF. ORD.  
 AVO SVO VENERABILI,

H. L. Q. C.  
 ANNO MDCCLXVII. DIE XXV SEPT.

DEFENDET,  
 NEPOS,  
**ERN. IO. FRIED. Mangel,**  
 ROSTOCH. IVRIS STVD.

---

ROSTOCHII,  
 TYPIS ADLERIANIS.



DISSECTIO IURIDICA

YVRECOVSVEFIS  
EXPLANATIS

IN  
TWE NICKELBERGICO  
EXAMINE

PRO T. O. M. ANNOVENTE  
PRÆSIDIO

P. ERN. JO. FRID. STROPH

SEEN DVO REGN. MECKLENB.  
CONSIL. CAMER. ET COMIT. COM. PAL.  
CAES. ET IVRIS. IN ACAD. TRIEBRIGIANA  
PUBLIC. PROF. ORD.

AVO SVO VENERABILI


ANNO MDCCCLXXXI DIE XXV FEBR.

ERN. JO. FRID. STROPH

POSTORNI  
TWE ADLARIAS







## INGRESSVS,



Ex lege & officio publicandam disputá-  
tionem, hac vice, conceptam videt  
B. L. de *ſctis extraneis in Jure Meckl.*  
*errantibus.* Integra illa loquitur, per tres Sectiones,  
quod ſtudium patrii Juris fit ſolertiſſime tractandum.  
Tres illæ Sectiones factæ ſunt ſequentes: *Prima, quæ*  
*Doctrinalis & Legalis.* *Secunda: De cauſis & occaſio-*  
*nibus, errorum ſubſtratorum deque modis & conſiliis,*  
*eosdem evitandi item de declarationibus patriis, qua*  
Sen-



*Sententias extraneorum erroneas. Tertia: exhibens exempla quaedam, Jctorum Extraneorum, in Jure Meckl. errantium.* Erunt, quibus hæc opella placebit: Erunt, quibus displicebit: Horum numerus semper prævalere quidem solet, ast unus aureus vincit centum & plures obulos. Gratulor mihi quotidie, de confluxu Dominorum Auditorum, ad Lectiones Juris Mecklenburgici. Laboravi in ejus, ut & aliarum patriarum rerum, collectionem, fere semi-sæculum &, post mea fata, commendo parietem, inscriptum: *Mecklenburgica*, Nepoti homonymo. Vale B. L. & mente adhuc vegetum, corpore autem fractum, tolera, per aliquot adhuc annos, in societate litteratorum; qua sola mihi, intra arctos parietes, vindicata, ego omnium mundanorum tantum per tubum, & interdum microscopium, Spectator ero. Vid. der Eingang, des 25sten Theils, meiner Bützowschen Ruhestunden.



TRACTA-





# TRACTATIO.

## SECTIO PRIMA. DOCTRINALIS ET LEGALIS.



### §. I.

Jurisprudentia est habitus practicus, Leges dandi, datas sciendi atque per interpretationem intelligendi intellectasque ad casus & species factorum, juxta omnes circumstantias comprehensas, fideliter applicandi.

### §. II.

Leges dare summae est sapientiae & prudentiae, fundatae, in solida consideratione universalium, circumspecte ad specialia applicandorum. Hoc opus, hic labor est, maxime etiam, qua abrogationes, derogationes & surrogationes. Multi laborant morbo reformatorio, & sunt, *erfinderisch*, *schöpferisch*, *alteschelig*; sed caveant sibi, a bene meritis soepe, censuris.

A

### §. III.





## §. III.

Applicationis vitia sunt vehementer multa. Alii iudices sunt nimis sanguinei, *vid. C. M. MULLERI disp. de Festinatione Iudicis illicita, hab. Rost. 1708. Cap. I. IV.* Alii sunt nimis cholericus & superbi, atque infallibiles sibi visis, *vid. passus meorum Select. Jurid. Rost. de Iudice excaudescente, vulgo, vom Umpts, Dros, qui est in Fasc. I. Spec. 8.* Alii sunt phlegmatici, alii melancholici & nimis scrupulosi Fabiique Cunctatores. Interdum ignorantia, alia vice partialitas problematica, alia, naufragio, alia novitatis studium sunt fontes nullitatum. Accedunt omnibus consuetudinum, contra Leges, fabri, non considerantes sex consuetudinum requisita & quindecim proles, secundæ matris consuetudinis, legitimos & spurios. *Hier sprechen wir so, est passim vox, quam ego interdum appellare soleo vinosam, brantewinianam & cerevisariam: Tribus: multæ consuetudines sunt pecora. Disservi, de monstis ejusmodi, ex parte, in Pandectarum Juris Meckl. Specimine primo. In genere, breviter solemus describere Jus scriptum & nonscriptum ita, ut illud sit Jus ante casus, hoc vero Jus ex casibus. Cogitetur, de Legibus, quæ adhuc sunt virgines. Bibliothecam scriptorum hujus sæculi, de consuetudinibus formare possem, si non in omnium essent manibus, v. gr. Thomastus, Leyserus, Staudinger, von dem Busch & alii. Venerabiliores mihi, ex sæculo præcedenti, semper fuerant, Struvii & Richteri dissert. Jen. ex annis 1666. & 1667. Perplacuit mihi legenti diss. HARTMANNI hab. Alt. 1727., de Nullitate sententiæ, contra Consuetudinem, observantiam ac stylum curiæ latæ.*

## §. IV.

Quædam Leges sunt æternæ & immutabiles; siue omnium, si dantur, vel dabuntur, uno plures, mundorum, quibus nullus carere poterit ex creaturis obligabilibus, siue talibus, quarum actiones habent moralitatem, ad effectum, vel præmii & laudis, vel pœnæ & vituperii,

## §. V.





## §. V.

Sicuti nullus mundus practice poterit cogitari, vel concipi debet atheisticus, sic nullus creari potest, in quo inverterentur regulæ: Deus est colendus: promissa sunt servanda; in quo juberetur: quilibet est lædendus: inhoneste est vivendum & suum cuique non est tribuendum, sed adimendum. Legatur, cum attentione, *Cap. 4. L. I. Pufendorfsiani elegantis libri, de Off. H. & C.* Rideantur, quos refutavit *Jll. Dn. de HALLER ad Tr. Prüfung der Secte, die an allen zweifelt, & Autor Examinis Jur. Nat. Schmauffiani.*

## §. VI.

Ejusmodi Legum æternarum sive perpetuarum & immutabilium sunt, substantialiter, paucae. Hinc plurima, Juris Naturæ maxime determinativæ, sunt sapienter prudenterque arbitrariæ, sive, ante publicationem, problematicæ, fundatæ, in definitione normæ, a superiori præscriptæ, suis subditis, ut actiones suas secundum illam componant. Sæpe, in differentis, Jurium geographice particularium, uti solemus illo: *ne sic quidem male. Vid. nostri SCHOEFFERTI diss. de Jure Civili, Jus Naturæ determinante, hab. Rosl. 1709. & mea, de cauto, moderni Juris Civilis Studio.*

## §. VII.

Explosa dudum hæc sunt omnia, unde de veritate tantum una, de Legibus Sanctimonix divinæ, de unanimitate & de fatali controversia, num dentur Leges divinæ positivæ universales, ne quidem per transennam differere placet: lubet tamen allegare quatuor disp. Jenenses, *Darjesianam, de Jure divino voluntario, & Blausuffianam, de dispensatione in legibus divinis. Pragmannianam, de diversitate normæ, & Helfetdianam, de Legis mosaicæ valore hodierno.* Tædet legere, tot dissentientes & quoties quotidie, in systematibus occurrunt verba: Alii, aliter, vid. cohors & agmen. Enunciative sæpe efferunt: dicunt, statuunt, contendunt, item verior est sententia; sup-





ponitur igitur vera & superest verissima. Quam vellam, ita interdum cogito, nescire litteras. *vid. BARTHII mille dissensus in praxi.* Et quis non tremere ad verba B. MEVII, quibus usus est, in *Prodromo Jurispr. p. 347.* Nunc de *communiori opinione disceptatio est, & de communi contra communem, de communiori & communissima frequens memoratio.* Horrida vocabula, sed magis horrenda, iis, qui jure potiri contendunt. Cui non dictus Cavallos? *Conf. Præf. ad Act. crim. ed. Rost. 1724.* Evaginetur gladius legislatorius, qua tot controversias juris.

#### §. VIII.

Qua diversitatem rationis status, unde tot Jurium differentia, exclamo: cui non dictus Hylas? Qua receptiones, verum estque manetque, ab omni ævo eas fuisse periculosissimas, quoties illud, de quo cantatur, subsidium fuit neglectum, id quod, insensibiliter etiam, successive, est factum. Romanos a Græcis petiisse Leges, est inter fabulas & stratagemata. *Receptio forensis Juris Romani in Germania, est de inconsumissimis.* Ich pflegte es wohl gar eine Strafe Gottes zu heissen, bevorab, da wir das Unglück haben, in Deutschland, so wohl von dem Kayserlichen, als Päpstlich-Römischen Rechte überumpelt zu seyn, so, daß dieselben Gäste den Wirth zum Hause hinaus getrieben haben. *Legatur edecumata Præfatio, Codicis Fridericiani.* De receptione Juris Lubecensis alibi satis meam exposui hæresin. *Imitationes sunt de laudabilissimis, modo fiant ex autoritate superiori.* De prærogativa Juris Germanici præ Romano, post festum disputatur. *Vid. inter alia, dissensus, inter B. ENGAVIVM & me, de quo in illius Elem. Jur. Germ. §. 15. Evolu. HOMMELII, mecum sentientis diss. de prædria LL. Justinian. præ jure antiquo, in foro Germ. Respiciatur tamen temperamentum & legatur. B. HEINECCII Præf. ad Elem. Jur. Germ. item Dn. MYLII diss. de Juris Germ. Univ. hodierni privati civilis conceptu, mediisque illud in meliorem ordinem redigendi, Lips. 1751. §. 6. sq.*

#### §. IX.





## §. IX.

Pauci sint superiores & multi obedientes, ne emergat perniciosissima ochlocratia, cum factionibus pestilentissimis. Conceptus superioris & Legislatoris est ubique historicus, etiam qua ipsum Jus Divinum voluntarium. Quandoquidem igitur Deus est autor & gubernator Universi, quilibet homo ad illud: *Deus dixit*, quia subdititiam qualitatem nequit dissimulare, arrigere debet aures; & qua Leges Humanas, pendent omnia a Geographia, cum Jure Territoriali, ita, ut si legatur, audiatur: *Von Gottes Gnaden, Wir* — — attentissimus debeat esse quilibet, ad sui Domini expressum venerabile nomen.

## §. X.

Num ejusmodi Dominus omnibus omnino subditis, in formula: *Fügen hiemit jedermänniglich* — — vel, ceu saepe fieri solet, certo ordini subditorum tantum aliquid praescribati, ex limitibus, sine, objecto & tenore edicti venit judicandum? Hinc illustrandae ideae, Juris Divini positivi universalis, quod negasse mihi crimen foret, & particularis.

## §. XI.

Omnium Legum virtus est, ita aliquid jubere, prohibere & cum modis permittere ut, sanctio poenalis pondus, in Republica, differentiamque a solis peccatis, vitiis & virtutibus faciat. Qua tertiam classem, eorum nempe, quae sunt juris permissivi, clausula etiam implicita legum est effectus irriti, ceu ex cautelis conventionum & ultimarum voluntatum est in aprico. Qua dictam sanctionem, *leg. WERNHERI Etem. J. N. & G. Cap. III. §. II.* ubi etiam de Lege Cincia, cujus clausula, ut fertur, fuit: *qui secus fecerit, improbe fecisse videbitur.* Vid. tamen PUFFEND. de *J. N. & G. Lib. I. C. 6. §. 14.* Conf. *Dn. KLATTII diss. de Juris Justiniani placitis, quae vim legis non habent. Erl. 1748. item, dehinc laudandi Dn. RICHTERI, diss. de obligatione imperfecta, ex honestate, Juris civilis*





*vilis auctoritate perfecta. Lips. 1757. <sup>1</sup> Add. B. WILDVOGEL. diff. de usu Juris Nat. in actionibus Principum conspicio, Jen. 1714-Diff. B. BECKII, Jen. de Lege non obligante, hab. Jenæ 1719. latius patet, venit tamen in nostrum tramitem, a §. 26. ubi legum suavoriarum exempla.*

### §. XII.

Sed, quorsum hæc omnia? Resp. illorsum, ut vocem *habitus*, ex descriptione, urgeamus. Omnis habitus supponit personam. De hominibus sermo est, plane remotis brutis, quorum, qua talium, habitus non est acquisitus, sed connatus; nec moror habitus illos animalium, vi quorum ursus didicit saltare, psittacus nonnulla loqui, oscen cantare singularia etc. Habitum, in genere, cum V. C. BAYMEISTERO, *vid. v. 761.* per promptitudinem agendi haud describerem; sed nolo distrahi, quia mihi vox germanica, *eine Fertigkeit*, omnium est adæquatissima.

### §. XIII.

Tribus: in substrato respicimus JCtos, juxta omnes classes. Leges dantes sunt Principes & ipsis adstantes: *interpretes* sunt Doctores atque Professores: applicatores sunt Judices & Collegia Justitiæ. Prima classis conficit Jurisprudentiam *deliberatoriam*, sive, pro rebus natis, *auliam*; posterioribus carere nequit Respublica. Artifices sunt illi viri, qui et, ob circumstantiarum diversitates, prudenter sciunt arbitrari; quoniam Leges ita nequeunt scribi, ut omnes comprehendant casus, *l. 10. ff. de LL.* unde JCtorum necessitas, *l. 2. §. 5. 13. de O. J.* non psittacorum & machinarum, sed talium, qui æstimari queunt ex illo: scire Leges non est nosse verba Legum, sed earundem vim atque potestatem. *Vid. diff. AVIANI & FALCKNERI de circumstantiis & in exemplo, Leyseriana Medit. 283, de arbitrio judicis, unico fundamento doctrinæ de testibus. Quid videretur, de vasto opere Menochiano, de A. J. Q.*

### §. XIV.





## §. XIV.

Paucis; hoc loco, cogitandum, de æquitatis, vulgo decantatæ spectro, obstetrice casuum pro amico. Sufficiat, illustrissimum textum, ORD. JVD. MECKL. ex P. I. tit. IV. §. Es soll. huc scripsisse. Attendant æquitatum fabri: Es soll der Landt-Richter, Vice-Landt-Richter und andre Assesoren, in keiner Sachen, wie gering auch dieselbe sein kan und magt, allein auf ihr Gutthbedüncken, oder bey ihnen selbst allein gefassete Billigkeit, oder eigengemachten und nicht den Rechten gemess informirten Gewissen, sondern nach des Heiligen Römischen Reichs gemeinen Rechten, (Sermonem de Jure Rom. esse dubito) Abschieden, und unser Fürstenthumben und Lande Ehrbaren Ordnungen, Statuten und reblichen (d. i. die Probe haltenden) vernünftigen Gewonheiten, auch gemeinen und sonderbaren unserer Vorfahren, und unsern gegebenen privilegien und Begnadungen, (so ihnen vorgebracht werden müchten) vormüg und nach Ausweisung ihres Eydes referiren, correferiren, voriren und sprechen — — ohn einige affecten Recht sprechen.

## §. XV.

Scpe & satis, in meis opellis, hoc tractavi thema. Ex professo, anno 1738, in *diff. de limitibus justitiæ, æquitatis, arbitrii Judicis & Juris uggratiandi. Conf. alia, de Auditorio forensi, in fine.* Volvantur aliorum scripta desuper confecta, maxime HOMMELIVS *diff. pro summo jure, contra æquitatis defensores, Lips. 1751.* item amplior, KRESSIVS *diff. de æquitate, hab. 1731, speciatim Cap. VI. de æquitate enthusiastica, quam Auditor, p. 108. ita definit: est æquitas commentitia, cujus medius terminus norma formaque est enthusiasmus, sive crassus, sive subtilis.* De utroque in præcedentibus egerat. Pronuper hæc manus, stans paginis inferuit claram distinguentemque, inter moralem & juridicam æquitatem, meditationem, vom Begriff der Billigkeit. Negavi, daß, juridice, etwas recht und billig zugleich seyn könne. Et tribus: wie der Richter sprechen kan, so muß er sprechen.

## §. XVI.





## §. XVI.

Collectio Legum dicitur Corpus Juris. Noscant & intelligant illud, historice atque politice, Jurisconsulti. Fuerunt semper in omnibus, rudibus etiam Rebuspublicis, tales viri. Viris opus est, qui & Jurisprudentiam universalem systematice intelligunt & specialem, partis illius, vel potius particulæ mundi, cui inserviunt, in promptu habent. Priorem definiverunt veteres, quod sic *divinarum atque humanarum rerum notitia*. En! conceptum philosophiæ & eruditionis universæ: *Iusti atque iusti scientia*, h. e. ea pars, eruditionis, quæ non agit de mysteriis, nec de curandis morbis, vel de eclipsibus, solis vel lunæ, sed de faciendis atque omittendis, von der Menschen Ehre und Lassen. Non poterat elegantius L. B. de WOLF concipere titulos suorum librorum & eminent ille generalis, sub rubro: *vernünftige Gedanken, von Gott, von der Welt, und von der Seele, des Menschen*. Haud enim dantur plures, *vernünftige Gedanken*. Jungantur, *geoffenbahrte Gedanken, von Gott, von der Welt, und von der Seele des Menschen*, & omnis habebitur pagina eruditionis. Sed mortuo huic Wolfio hodie passim insultant lepores.

## §. XVII.

Geminam fuisse & a genere ad speciem descendentem veterum descriptionem Jurisprudentiæ, palpatur facile. Dissertit B. LEYSERVS de eadem eleganter, *in medit. Spec. II. n. I.* Veterum Jurisprudentum expressiones habent sal atque acumen, quando Jurisprudentiam appellarunt Philosophiam, cujus oppositum est stultitia. Ipse Justinianus Imperator vocatur, in textu, philosophissimus & felix est Respublica, ubi imperantes sunt sapientes, sive philosophantur.

## §. XVIII.

Vulgo sic dicta Philosophia nequit regere Rempublicam sine determinationibus, de quibus ante, civilibus seu positivis, quia plurimæ assertiones sunt problematicæ atque in genere con-

trover-





roverſae. Dentur igitur Viri exaſciatè docti, qui Jurium, etiam geographice talium, notitiam & ſcientiam ſibi acquirunt: Geographica Jura inquam, quia facere ſoleo, in doctinis, diſtinctionem, inter Jus cum adjectivo, a) qua originem & auctoritatem, b) qua objecta & c) qua Regna, Provincias & Civitates. In hoc ſenſu utimur idea Juris patrii & reſpicimus *textum l. 2. §. 43. ff. de O. J. Turpe eſt Patricio & Nobili, Jus in quo verſatur, ignorare.* Sunt autem tot *Land-Rechte*, quot ſunt *Länder*; et qua die *Stadt-Rechte*, quæ veteres appellabant *Wick-Bilde*, vid. *A. B. CARPZOVII Spec. diſſ. Lipſ. 1673* ubi & *ſ. 23.* Textus Lubecenſis, & ante omnes, *Jll. Dn. BREYER, de variis Codicum Jur. Germ. denominationibus, Kil. 1751.* ubi & de Meckl. *Boergerſprachen*, *Civiloquis, ſ. 5. GRYPHTANDER* nemini eſt ignotus; *historice & localiter eſt deſtinguendum graviter.*

#### §. XIX.

Differentiæ Jurium Geographiciæ neminem offendant quia, uti dixi, problemata, in genere & multæ ſtatisticae rationes. Unum autem eſto Jus Commune, etiam ob *Lexicon univerſale*, ſecundum quod informantur Juvenes, ad *Academias*, ex variis regionibus confluentes, ſalvo jure cuique patrio. *Gloriam illius Juris Communis impetravit Jus Romanum*, quod etiam docetur in iis *Europæ Regnis*, ubi uſus Juris *Romani forenſis* ſevere eſt prohibitus. Solemus inde adhibere expreſſiones *Uſus Academici, Doctrinalis*, ſive, quod idem eſt, *Pædagogici, vel latine, Præceptoralis.* Elegans eſt rubrum libri *Unverſitätiani, Pædia Juris, Halæ 1675.* etiam *Hertiani*, aliorum. *Conf. Encyclopædiæ*, quas inter eminet *Pütteriana.* *Illuſtria ſunt verba Præfationis Codicis Fridericiani, §. 31.* Daß man gezwungen worden, die mehreſten lateiniſchen Titel, wie auch die Namen, der Actionen und andre terminos artis beyzubehalten, weil ic. Item *§. 32.* Im übrigen gehet *S. K. M.* intention, durch *Berfertigung*, dieſes *Land-Rechts*, kei- nesweges dahin, daß dadurch, verboten ſeyn ſollte, auf den *Univerſitäten*, über die *Compendia Juris Romani* weiter zu leſen; ſondern





es muß um so viel mehr, nach wie vor, damit continuiert werden: weil einestheils — — anderntheils die Fremden — — nothwendig über die Systemata Juris Romani lectiones haben müssen. Historica Juris, quæ tradit exaſciatiffima illa præfatio, cedro sunt digna.

## §. XX.

Vivimus, in sæculo, ut vocatur, emunctiori, quod est fertilissimum, scriptorum Juris Germanici & Historiæ Juris. Proſciantur novæ semper ampullæ. Bene! sed frustra ventilantur multa, quasi Patres nostri ignorassent Historiam illam & Differentias Juris Rom. & Germ. Publicavi anno 1728. programma, quo *Juris Germ. Doctõribus aliquid in aurem dicitur*. Item ante, *disp. de cauto moderni Juris Civilis Studioſo*. Item 1729 *disp. de iis, quæ pragmatica sunt, in Historia Juris Justi-manei*. Exposui, in illis scriptiunculis, mentem et monstravi, ex Historia Litteraria Juridica, etiam antiquiores Jctos, patrios pariter, fuisse differentiarum, Juris Germ. & Rom studiosissimos. Lis, de prærogativa, post festum est excitata & ut plurimum neglecta distinctio, inter Jus Germ. Præter- & Contra-Romanum, quam in Collegiis Juris Meckl. sancte excolere studeo. Multa habet, qui perluſtrat G. BEYERI *De-lin. Juris Germ. & WESTPHALII Exerc. de Juris Rom. indole & obligandi diversa ratione ac dignitate, in foris apud Rom. & Germ.* Item *Ejusd. Tr. de distincta practica ratione, in Jure privato Romano-Germanico*, pariter ac aliæ illius disputationes speciales, præfertim ad Jus Meckl. & Lubecense. Sunt ejusmodi scripta, nonnullis hodiernis Autoribus, instar ephippiorum. Tædet iterum canere Iliada. Elegantia sunt verba, BEYERI, l. c. §. 322. sqq. *Gliscere* (Jur. Rom.) autoritas in scholis incipiebat. Hinc magis magisque in fora *serpebat*, ob dictas rationes, quibus accedebat pronitas in res novas. Sola æquitatis præsumtio efficiebat, ut Leges Romanæ, in Gallia quoque & Hispania, sine autoritate publica reciperentur. Ita Beyerus.

## §. XXI.





## §. XXI.

Liceat, vernaculum scribere §. Die teutschen Söhne mußten, auf Italiänischen Academien, Jura studiren. Wie sie von Hause reyseten, wußten sie, vom vaterländischen Rechte, welches auch, zum Theil, nur sehr ströbern war, *vid. HEINECCII Praef. Elem. Juris Germ.* wenig, oder nichts. Auswärtig wurden sie zu lebendigen Institutionen, Pandekten, Codice und Novellen. Ramen sie zu Hause und wurden befördert, oder Advocaten, waren sie, wie noch die Teutschen, welche denen lachenden fremden Nationen, auf Reysen, die Mutter-Pfennige zutragen und oft mit leeren Köpfen und Taschen zurücker kommen, voller Sprünge und verachteten auch wol gar alles Einheimische. So gehts noch mit denen, die, von denen Schulen, auf ausländische Universitäten ziehen. Die Mittelstrasse ist die beste, und diß thun, jenes aber nicht lassen, ist wol eine feine Klugheit. Und wie leicht ist es nicht, einem grossen Herrn, durch ein Land-Recht, ausser dem Lexico, alle fremde Rechte zu Nebensachen, ja Grillen zu machen. Es fällt mir hiebey die artige Stelle, aus des C. Herrn von Schwarzen Pommer. Lehns-Historie, ein. Petrus von Ravenna war, aus Italien, und D. Joh. Ritscher, aus Sachsen, zu Prof. Juris gen Greifswald berufen. Herr Petrus (schreibt Schwarz p. 674) wolte alles nach Longobardischen und Herr Johannes alles nach Sächsischen Lehn-Rechten ermessen. Dadurch wurden die besondren Lehn-Verfassungen und längst gesetzkräftiggewordene Gewohnheiten dieser Lande gar zu stark gekränkset. *De Jure Fendali Meckl. in simili alibi dixi dicamque.* Incidit passus, der Vertheidigung, der Pandecten-Methoden, Lips. 1758. Da ich fast lauter Lex bin; *ubi allegata terfi Poetae Casparson verba:*

Im Munde lauter Lex, im Herzen voll Pandecten.

## §. XXII.

Emerferunt, cum tempore, rubra librorum systematicorum, Juris Romano-Germanici, imo cum addito Provinciali quodam. Placet, egregias lineas, ex B. SCHOEPFERS *Synopsi Pand. tit. de LL. n. 50. huc scribere: Hinc Advocato, (Dolenti,*





centi, Judici) futuro admodum necessaria cautela, ut, absoluto studio academico, illos potissimum legat Doctores, qui in patria vixerunt. Respicere videtur fara Juris Studiosorum, qui nesciunt, vel dubitant, num in patria Practici felices, sint evasuri atque inde Juris studio nomina dantes, vel nauseant suam patriam, alibi sibi aurea, per infundibulum promittentes; vel illud: patria est, ubi bene est, considerant. Sed, cur dubitarer, bonus Vir-Juvenis, e. gr. Mecklenburgicus, de felicitate in sua patria obtinenda? Absit interea patridomania & aliquid tribuatur *Meditationi Leyserianæ*, de fida erga patriam obligatione, quæ est Specimen, 662.

### §. XXIII.

Mecklenburgica Aula, patriæ Ictorum docentium cathedræ, Judicia patria, omnia Collegia, etiam Civitates semper habuerunt mixtos, ex Mecklenburgensibus & extraneis, quibus hæc illustris Germaniæ pars facta est patria, viros. Nostris filii, qui Juri dederunt nomina, etiam in exteris Regnis & Provinciis, muneribus largiter semper fuere admoti atque ornati. *Vid. mea Historia Fac. Jur. Rost.* Et quod ad celebres nostros sympatriotas, hodie alibi officiis mactatos, legatur mea successively prodiens opella, s. t. Büßowische Ruhestunden, P. 21. n. 9. & P. 25. n. 7.

### §. XXIV.

Notabilis est *Oratio Indug. Leyseriana*, ex anno 1712, quæ est quarta, in collectione impressa, de *Errore Germ. exteras Academias patriis præferentiam*. Repeto passum, meæ epistolæ, ad disp. a Generoriss. Dn. du PUIS Equ. Mechl. me Præsidi, de *Filia nobili Mechl. usufructuaria*, anno 1736. hab. & rec. 1738. Si quid, ita ego, est, quod virum nobilem eminentiorem potest reddere; certe studium Juris & Historiæ Patriæ, multam facit paginam. Dolendum igitur est acerbè, quod paucioribus ea placeant & quod lubentius aliovia & peregrina affectentur, quam quæ ante pedes & circum circa sunt. Principes & Patres Patriæ eapropter fun-





*fundarunt Academias, in suis Territoriis, ut filii indigentæ, a Præceptoribus, in domesticis juribus instruantur. Hinc absit vana opinio, quod sapientia ab exteris sit tantum petenda. Ridicula est dubitatio, an Doctores in Acad. patria tantum in tradendis habeant, sciant, quantum futuro in patria inclyto viro sufficeret. Sed quilibet suos patiatur manes. Nobis, in hac Academia Doctores, satis est voluptatis, quod neminem, nostras scholas plane prætervehentem, viderimus quidquam pragmatici scire, quod nobis non esset vulgare & quotidianum. Add. WESTPHALII sched. de patriarum Academiarum defectibus & prærogativis. Illust. DN. DARJES in seiner Camera-Wissenschaft p. 432. in diversa abiit, scribens: Gesehete, die Universitäten, ausser dem Lande, wo sie Bedienunggen suchen, besüchet haben, können sehr leicht brauchbarer werden, als die, welche nur im Lande geblieben. Nota ita infit: sind meine Gedanken. Conciliabimur, si vir inclytus admiserit assertum; fiat, cæteris paribus, utrumque.*

§. XXV.

Non quidem hæcenus habuimus, ad instar nonnullarum Academiarum extranearum, v. g. Lipsiensis, Tubingensis, Kiloniensis, aliarum, in his terris, Professores, cum titulis, a jure patrio; fuerunt tamen semper viri, operam illi studio, ceu Bibl. Jurid. Meckl. & Catalogi Lectionum restantur, navantes. Meam quod attinet tenuem symbolam, provoco ad multos, in hunc diem, Auditores. Res per se est clara & eleganter desuper scripsit D. Jo. Tob. RICHTER, *Jur. Sax. Prof. Lips. 1756, in progr. de præcipua ICTi cura, ad leges patrias cognoscendas adhibenda. Leg. verba ex p. 5. sequentia: Ecce! quam longinqua & a Rebuspubl. nostris remota tantum appetant; ea vero quæ sub oculis posita, nobis proxima, utilia, necessaria sunt, turpiter negligant hi, qui tamen nomen ICTi, non peregrini, sed Germanici, aut forsitam Saxonici (Mecklenburgici) mereri cupiunt. Add. ex p. 6. verba: hoc nemo nostrorum cordatiorum æquo animo ferre potest, ut vel omnes officio ICTi nostri partes eo unice impleantur, si quis tantum peregrinas leges, ex asse, nihil nostrarum, calleat. Et ex p. 12. Patrias Leges ICTi nostri præcipue intelli-*





gant memoriaque teneant, has aliis tradant, qui in illis eruditos se ostendant, ut etiam nostra Resp. in partibus iis credendis, feliciter gubernari possit. Urget p. 13. s. clausulam constitutionum & edictorum: Wir befehlen — — daß sie (die Gerichte) nach diesen — — auf das genaueste achten. Absolvit Autor laudatus discursum, p. 19. verbis: Certe, si unquam verum est, quod Jcto erubescendum est, qui sine Lege loquitur, id maxime hac in re verum, atque ei tanto magis erubescendum est, qui in nostra provincia vivit, ibidemque JCTi nomine ornatur, attamen sine patria Lege loquitur. Curent igitur nostri JCTi præcipue, x. r. λ. Legatur B. LVDOVICI diss. de Jcto sine lege loquete, Hal. 1700, cujus §. 35. summa hæc est: Consuetudo & statuta provincialia ac localia allegari & probari debent. Ad rem & rhombum meum faciunt verba B. THOMASII, in disp. de Jure Consuet. & observ. §. 56. Mihi videtur, id præcipuum esse, ut partes præcipue quoad praxin hodiernam, observent, an extraneus Judex, quod sæpe fieri solet, pronunciare debeat. Hic enim regulariter consuetudinum & statutorum loci est ignarus; adeoque curabunt, exempla statutorum, aut attestatum Judicis loci actis adjungi. Neque enim divinare possunt Judices extranei ea, quæ sunt facti. Quod si tamen aliquis ad consuetudinem, vel statutum provocet & alter non contradicat, præsumitur, consuetudinem se ita habere. Cape tibi hoc Advocate, discite Jus patrium! LVDOVICI addit. l. c. Idem est, si ex provincia aliqua ad Cameram, vel Judicium Aulicum appelletur & causa ex Jure Prov. decidenda. Legatur textus Ord. Cam. Addatur piperis plenus Holtermanni JCTus sine Lege monstræ.

#### §. XXVI.

Felices ergo, ter & amplius Provinciae, quæ, vel Codicibus, vel apparatu sunt instructæ. Qua nostram patriam, videantur Collectiones variae, de quibus passim in denen Bürgerschen Ruhestunden. Volvantur aperianturque Reverfales, der Landesgrundgesellsche Erbvergleich & Fontes atque Codices Ordinationum, singulorum Patriæ Patrum, quos oculis manibusque usurpare didicerunt mei Domini Commilitones, qui non stant sub particula: Nur, de qua videatur meus discursus, von der





der Einrichtung, derer politischen Studien. Haud prætervideantur ipsa Projecta, mea Selecta Jurid. Rost. meum Jus Mecklenburgicum Illustratum, alia. Ad Projecta etiam, cum grano salis tamen, referendum, illustribus Westphaliauis & alibi insertum, *Mevianum Projectum, des Meckl. Land: Rechts, vid. etiam FRANCK Lib. XIV. C. 4. & Codicillus Jurium Civitatum Me-gapolensium, de 1589.* Der mehresten Meckl. Städte besondere Rechte, Statuta und Gebräuche, wie solche von Bürgermeistern und Rath, auf Befragen und Befehl der Herzogen, Ulrichen und Johansen, in anno 1589 über gewisse vorgelegte Articul eingesandt worden. Fiat Bibliotheca, Scriptorum Juris Mecklenburgici, olim exigua, hodie haud parum ampla. Conf. omnino B. NETTELBLADTI *elegans Notitia Scriptorum Meckl.*

## §. XXVII.

Placet memorare, Tubingensis Jcti & Württembergici Juris Professoris, *Christoph. Frid. HARPPRECHTI*, Scriptoris, ex anno 1727. Continet illud quatuor Consultationes, I) de colligendo Corpore Juris Württembergici. II) De scribendis Institutionibus Juris Württembergici privati omnis. III) De edenda Bibliotheca Juridico-Historica, queis speciales in Imp. R. G. Respubl. utuntur. IV) De adornanda commentatione, suis numeris absoluta, ad leges privatas, tam universales, quam particulares, Ducatus Württembergici. Omnia hæc scribimus, rogamus, speramus, qua Mecklenburgum, ad instar. Quam vellemus, produisse delineatum *Theaurum Juris Statutari illustrati Germaniæ, Giesl. 1755.* Migretur per Germaniam, visum specialia. Qua *Pomeraniam*, nemo superavit magnum Dominum de BALTHASAR: quis non admiraretur curas operasque *Ill. Dn. OELRICHS.* Qua *Hamburgum*, prodiit 1738. insignis *Historia Statutorum Hamburgensium, Richeyo-Wagneriana.* Add. *Jac. SCHVBACK* diss. de *Origine Statutorum Hamb. non-Susatensi, Gatt. 1748.* Qua *Jus Lubecense* jam ante sæculum venerabilem se fecit, B. Jctus *Rostoch. Jo. SIBRANDVS* & nostro eminuit *WESTPHALIVS,* per *dispp. Rost. de Origine & fontibus Jur. Lub. ejusque. Usu,*  
Auto





*Autoritate, elogio & de indole practica Juris Lub. & subsidiis Rost. 1727. in Civit. Meckl. 1728. Largiorem manum promissit V. C. & Ampl. Dn. BVNEKOW, J. C. Lubecensis celeberrimus. Qui rarissimum exemplar membranaceum Juris Lub. ex anno 1254. videre cupit, veniat ad nostras reculas, Est illud, sed minus accurate allegatum, in B. HOFMANNI progr. de Juris Lub. antiquo quodam Codice, 1731. Expectetur numerus opusculi, prodeantis sub rubro: Büßow'sche Ruhestunden. Hæc vicina allegasse sufficiat, quia per omnes Germaniæ Provinciâs ambulare, vetat pagina. Copia faceret, qua selectum, inopiam. Evolv. etiam Bibliotheca Lipenio-Struwio-Fenichiana, juxta alphabetum, item opera Struwio-Budeniana, Ill. Dn. de SELCHOW Jus Germ.*

## SECTIO SECVNDA.

DE  
CAUSIS ET OCCASIONIBVS  
ERRORVM SVBSTRATORVM,

DE QVE  
MODIS ET CONSILIIIS EOSDEM  
EVITANDI; ITEM

DE  
DECLARATIONIBVS PATRIIS, QVA  
SENTENTIAS EXTRANEORVM  
ERRONEAS.

S. I.

**N**otanter rubrum, de sententiis est conceptum. Dantur eæ ad oblationem actorum, quæ elaborarunt partes & in quibus datur conclusio & submissio. Quod ad Consilia & Responsa, rectissime judicat B. SCHOEPPERVS, in *Synopsi Pand. tit. de LL. n. 54.* Plus creditur Doctori in lecturis & tractatibus, quam consulenti & magis creditur Doctoribus decidentibus, quam consu-



*consulentibus. Vid. allegata triga DD.* Ratio est in propatulo, juxta illud: So wie jemand beichtet, wird er absolviret. *Coiche Dinger, nempe Responsa, pro Consulente, sprach einstmahl ein Freund, kan man für Geld immer haben. Leg. LEYSER, Medit. de assentat. J Cicrum, cap. IV. Spec. S. 6. de judice uxori suae gratificant. Add. BITSCHII X. Casus pro amico, rec. Altorfi 1725.* Ergo dantur etiam calami venales & quod mitius dictum, ex suppeditatis errantes. Exempla forent, in causis publicis & privatis, odiosa & sapientibus satis. Aliud interea est, ad solam speciem facti vel ad fidelia acta manualia respondere.

## §. II.

Liceat repetere possum, ex præfatione, ad meum Jus Meckl. illustratum. *Quad, ad Consilia, ita fluunt verba, quoties requirementum intentionem plane non esse fundatam, palpamus, contra illos respondemus, id quod per annum soepe accidit. Quando autem versantur in controversia juris pura, docemus utrumque, quoniam, pro autoritate litem dirimere non licet. Legantur ultra, de clausulis Responsorum ambiguis, imo frigidis. Videantur etiam Historica, Romano-Germanica, de origine & progressu Responsorum, inter quæ nec Acad. Abelenfis 2 Sam. XX. v. 18. item Kiriath-Sepher, vid. HEVNER de Acad. Hebræorum, item LILIENTHAL de Juris utriusque Doctoribus apud Hebræos, Hal. 1740. est neglecta. Omnium solertissimus in hac substrata fuit, RENNEMANN, in idolatissimo Tr. de Transmissione Actorum, Cap. I. II.*

## §. III.

*1711* Omnem Facultatis Jurid. Rostoch. pulverem sum perscrutatus, sed ante medium Sæc. XVI. nullum deprehendi laborem totius Collegii. Ad rarissima mea qualiacunque refero Responsum *Petri Boyen*, Professoris Juris Rost. quod confectum, anno 1535, & inscriptum: *Juris informatio pro pauperibus Christi.* Inverunt mecum blattæ, salva substantia, in





in partes. Casus est largiter descriptus, quæstiones & resolutiones sunt tersæ atque amplissimæ. Absolvitur verbis: *pace fame morientem, si non pavisti, occidisti. Laus æterna Deo. Sicut supra deductum est, cenſeo & dico ego Petrus Boye, inter Juris Doctores minimus & Sigillum ejusdem est suffixum, in cera rubra. Meretur adſpici. Specialia, de hoc magno viro, vid. in mea Hiſt. Fac. Jurid. Roſt, quæ remittit ad varios locos, deſ Roſt. Etwaſ, ubi deſcribitur, ut Canonicus Zwerinensis & Roſtochienſis item Archidiaconus Warnenſis, Monitor Academiae Generalis & Officialis Papæ & Episcopi Suer, habitans Roſt, auf der Officialen.*

#### §. IV.

Non poſſunt, ante adorationem Judiciorum Ducalium, facile deprehendi Transmiſſiones Actorum, ad Extraneos. Tractabantur enim omnes processus quasi e veſtigio. Forte dantur curioſi Lectores, quibus haud ingratum, ex veteri impreſſo ſuo tranſtulſiſſe patentem ſchedulam Meckl. ita conceptam: *Wyle wy ock (eſt apoſtilla) dorch unſe apen ubiſchryben, up den Mandag nha Michaelis ſchierſtvolgende, eynen Rechts-Dach alhier tho Güſtrow toholden, den unſen vorkündet, ſo wollen wy juw ſolckſ eſt gy des Rechts, niht jemanden thogedrucken, nottorftig, hiermede guder Meynunge angetoget hebben. Datum ut in Literis. 1539. am Dage preſentationis Marie. Conf. verba ex Kirchmanni Orat. in Cancell. Bordingum: cum antehac juſtitia in his terris incerto lare vagata eſſet, JOH. ALB. & ULR. fratres, Duces Meg. firmam illi ſedem poſuerunt.*

#### §. V.

Sectionis hujus rubrum de cauſis errorum eſt conceptum. In genere ſunt errores vitia, vel intellectus, vel voluntatis. Poſteriores in bono viro nunquam præſumere volo, quia & ipſa ignorantia, niſi affectata, vel in tumultuarietate notitiæ fundata, aut ex deſidia orta, eſt vitium intellectus. Non ſunt, in manibus plurimorum extraneorum, ſcripta JCorum patrio-





triorum; ut taceam, veteres, v. gr. *Cothmannum, Lindemannum, alios* sparsim tantum legendum aliquid præbere, ex *Jure Mecklenburgico*. Vid. *Musei*. P. 25. n. 4. Processistæ v. gr. *MARTINI ad O. J. S. FRIEDLIEB in Practica forensi*, præter *Ord. Cancellariæ* nihil habent in allegatis. Nostro sæculo extranei, maxime Collegia illustria sibi comparant Provincialia & Statutaria Jura. Nonnulli Professores Juris, in exteris Academiis, etiam longe dissitis, avide scripta Juridica Meckl. colligunt sibi que comparant. Vid. *Ill. Dn. de SELCHOW, Gætting. in Jure Germ. Dn. HOFFMANN, Gieß. in der Jur. Bibl. Dn. NETTELB. & Dn. WESTPHAL, Halenses.*

## §. VI.

Nostri filii, in Acad. extraneis nihil juris Meckl. accipiunt; peregrini, in patria nostra Juri incumbentes, & ad tabulam, Lectiones Juris Meckl. videntes, prætervident easdem, ad exemplum nostrorum filiorum, qui in Saxonis Acad. Jus Sax. postponunt, Lectionibus Juris Communis. So bald auf den Titeln, derer Dispp. ein besonders Land-Recht ausgedruckt, pflegten die Disputations-Händler damit einen schlechten Markt zu haben; unde & habui Candidatos, in titulis specialitatem exprimere nolentes. *B. de LVDEWIG, in præf. ad Jura Feud. S. 3. not. 3.* insigniter scribit: *Jurium Studiosi Doctores Juris utriusque, id est, Romani & Canonici adpellantur viri-juvenes, licet patriæ institutorum ne quidem nomina colleant.* Ita igitur est in factis, omnium jurium & statutorum Germaniæ particularium. Exemplo etiam potest esse Jus Lubecense. Legantur *MEVIL, Prolegom. Comm. in Jus Lubec.* In genere pauci sunt, qui ambiunt delicias litterarias. *Leg. HOMMELII, Schola Juris Litteraria, in ingressu.*

## §. VII.

Pergit rubrum: *de modis & consiliis evitandi ejusmodi errores; item de declarationibus patriis.*

Insignis modus est, adjungendi actis Constitutiones patrias; quæ duplicis sunt speciei. Aliæ prohibent allegationes;





nes; alia docent, quid sit pragmatice ordinatum. Priorum exemplum nobis extantissimum est in edicto, *Friederico Wilhelmino, d. d. 4. Dec. 1704.* Est quidem illud insertum a TORNOVIO, *P. I. p. 144.* Sed dabuntur etiam viri honestissimi, qui hoc loco maxime concernenti illud haud aegre legent. **B. S. S. Friederich Wilhelm, tit.** Wenn Wir ganz mißfällig vernehmen, daß hiesige Advocati und Procuratores, in süßreden Rechtsfertigungen, ihrer Partheyen, zu Entscheidung habender Lehn-Streitigkeiten, ein, weder von unsern in Gott ruhenden Vorfahren, noch Uns selbst jemahlen approbirtes, oder confirmirtes Lehn-Recht, unter den Titul, *Neckl. Lehn-Rechts*, in ihren scriptis und Lehn-exhibitis zu allegiren sich unternehmen, wodurch insonderheit, bey unterthänigst gesuchter und aus dazu bewegenden Ursachen gnädigst verstarreter Verschickung, der Acten, ad extraneos sapientes, der auswärtige Urtheilsfasser zu Abfassung einer denen in unsern Herzogthümern und Landen, biß ad publicationem eines von Uns zuverfertigenen specialen Lehn-Rechts, recipirten gemeinen Lehn-Rechten und beständiger obervance abstimiger Urthel leicht verleitet und dadurch die Partheyen in Schaden und fernern geldressenden Processen gesetzt werden können. Solchemnach ordnen, setzen und wollen Wir hiemit, daß hinführo, die Advocati und Procuratores sich der allegirung sothanen Lehn-Rechts in allen ihren scriptis, bey Vermeidung 50 Rthlr. unnachlässiger fiscalischer Strafe, so oft dawider gehandelt wird, und rejection sothanen exhibitis, sich hinkünftig gänzlich außern und enthalten sollen: und damit niemand, mit Vorwendung der Unwissenheit sich a poena excusiren könne, Extraneus Judex auch, bey etwaniger der Lehn-Acten-Verschickung, in welchen oberührtes Lehn-Recht allegiret seyn möchte, solches in sententionando zusolgen nicht veranlasset werde; so wollen Wir, daß diese unse Verordnung gedrucket, und 4 Wochen an unsre Lehn-Cammer affigiret, auch jedesmahl bey transmission der Lehn-Acten ein Exemplar davon denen literis requisitoriis beygelegt werden. Urkundlich unter Unserm Fürstlichen Handzeichen, und gegeben in Unser Residenz Stadt und Bestung Rostock, den 4ten Dec. Ao. 1704.

Friederich Wilhelm. (L. S.)

Dispu.





Disputatur, nostris temporibus, inter Fiscalem & Adv.  
 Ob dies Edict auch von dem Humanischen Project zu verstehen sey.  
 Responso erat facilis. Id certum, in ipsa patria irrephisse opi-  
 nionem valoris projectorum, sine clausula in decidendo alle-  
 gatorum. Volvi his manibus exempla, ex quibus sufficiat  
 memorares unum, ex charulario Fac. de 1663. in causa Joa-  
 chim Sperlingen.

Habemus plura ejusmodi edicta; sed cuilibet Advocato  
 licet specialium Constitutionum adjuncta urgere, modo sint  
 illa de vere pragmaticis. Foret Opera vegetioris Jcti pa-  
 trii, imo Viri. Juventis, de non-levi tribu, pervolutando Co-  
 dices Constitutionum patriarum, quas, ea occasione, insensibi-  
 liter nosse disceret annotare illas, in quibus clausula, von der  
 Beylegung, bey Verschickungen. Offenderet ille omnium me-  
 morabilissimam, ex anno 1717, m. Aug. repetitum anno se-  
 quenti. Sequentur plura.

### §. VIII.

Alterum sapientissimum est, quod patria Collegia, præ-  
 fertim illustriora, declarent extraneas sententias, directe con-  
 tra Jus patrium conceptas. Memorabilis est Constitutio, de  
 1646. adjuncta novæ editioni O. P. J. cui consimili Pomera-  
 num, qua separationis jus, pro exemplo declarationis præbet  
 MEV. l. citando, verbis: *etsi per extraneos Jctos aliter pronun-  
 ciatum*, etc. Ferit nostra maxime der Concurs-Processe, spe-  
 ciatim qua usuras in proviratis sententia locandas. Item qua  
 jus separationis. Occupent hic locum sequentia verba: *Als  
 der Durch.* — — aus denen publicirten Prioritæt-Urtheln,  
 so auf beschehene transmissiones actorum, von fremden außländ-  
 schen Universitäten und Facultäten abgefasset und eingehohlet wor-  
 den, ersehen und besunden, daß die auf die Capital-Pächte, vermd-  
 ge der Recht und J. F. Gn. Landes-Ordnung gebührende und be-  
 tagte rechtmäßige Zinsen, darin nicht gebührend in acht genommen  
 — —. Diefemnach wollen Wir — — jederzeit sothane  
 Urthel von J. F. G. verordneten Canzler, Directore und Råthen  
 declariret, und also aller Anlaß ic. Est hæc Constat, forte in  
 C 3 mul-





multorum manibus, unde tantum, propter substratam materiam, adjicio sequentia fere finalia: *Ms J. F. G.* auch weiters befunden, daß zu mehrmalen, bey Einholung ausländischer Facultäten Urthel, sich begeben, daß eines Theils Facultäten — sollen die eingeholten Urthel in *J. F. G.* von deren Canzler, Canzley-Directore und Rätthen declariret werden. Peccatum igitur est contra jussum, von der Beylegung, der Constitution, & maxime peccant Advocati, quod in Deductione prioritatis non attenti fuerint ad rem, non urgentes adjunctionem.

## §. IX.

De hac singulari specie declarationis nihil habet *B. L. V. DOVICI* in *diff. de Jure Declarationis, Halæ 1707.* In *Schöpfseriana, de declaratione sententiæ dubiæ, Rost. 1705,* frustra quæsi speratam affinem tractationem. Imo consulti Processitæ de hac specie silent, excepto *SCHLITTIO, ad Ludov. Civ. Proc. cap. 25. §. 22.* ubi ita in not. *L. Einige Rechts-Lehrer nehmen den casum aus, wenn der auswärtige Urthels-Fasser wieder die notorische Gewohnheit, oder Landes-Gesetze gesprochen, daß alsdann der Richter, auf Anhalten einer Parthey (credo, quod teneatur ex officio) das Urthel ändern könne. Allegati sunt MEVIUS, P. 2. dec. 268. P. 5. dec. 149. & BRUNNEM. ad l. 19. ff. de Appellat. n. 2.* Pergit, ex *Marchicis-Ordin. Ita sæpius factum scio, scribit Mevius, quem pro me, quod ex officio fieri debeat eruto possum allegare. Add. t. 2. C. quando provoc. non est necesse.* Legatur utraque decisio tota, cum notis, quarum ultima ita absolvitur: *Judex, non attento quod scriptum, substituit, quod certi & indubitati juris. Vantius a Mevio all. extravagatur valde in suis limitationibus. Thomasius in diff. de Judice sententiam ab actis removente, Hal. 1709. de causis criminalibus ex professo egit, & §. 10., in causis civilibus omnem negat remotionem, Add. COCH. Prax. For. Germ. P. IV. C. 26. §. 4.*

## §. X.

Analysis, integræ dictæ Constit. habetur, in *disp. inaug. Dn. D. BOVCHHOLZ, me Præside hab. 1759; memorabilia sunt*





sunt bina coroll. ad thesin 5. I.) Ad corrigendam sententiam prioritatis, quatenus in thesi I. & 2. proposita neglexit, nullo remedio opus est. II.) Et in hoc passu sententia talis nunquam transit in rem iudicatam. *Conf. TORNOV. de Feud. Mecl. P. I. p. 675. Leg. novus KLVVERVS, P. 2. app. 2. p. 729. a verbis. Ich weiß zwar wohl, daß in gewissen Fällen JCti Extranei etc. Absolvo, hunc passum, observatione practica, quod in controversiis Juris patrii nullus detur locus declarationi. Exemplum magnum præbet classificatio priorum corporum in patria. Discitur hoc, ex all. Mevii Decis. P. 2. n. 149. ex verbis: quod certi & indubitati est juris. Potest etiam esse lex patria, in desuetudinem redacta & ex circumstantiis inapplicabilis, vid. LEYSERI Spec. 100. p. 372. Add. WERNHFR. Obs. P. V. n. 135.*

#### §. XI.

Urget me, amor Pragmaticorum, memorare locum insignem ex MEVII *Comm. ad Jus Lub. Lib. V. art. 2. add. V. Causa aliquando existit, cur justa causa sit petendi, ut iudex ipse acta legat, causam discutiat & judicet. Sicut interest, fieri, quando super vel ex statutis, privilegiis consuetudine, aut quod alias loci proprium, nec ALIBI PERINDE COGNITUM, sententia dicenda est. Nam ut istorum recensio non peræque JCtis peregrinis perspecta sunt atque domesticis, ita non tam exactum sperari poteris iudicium. Quod si JCtorum peregrinorum sententia a jure loci discedit, vel contrariatur etc. ipso jure nulla — — emendari potest. Sicut memini sæpius factum. Legatur porro.*

#### §. XII.

Ut videat B. L. me Patrem Mevium undique venerari, lubet allegare ejusdem *Conf. 30. a n. 134. ubi postquam de transmissione actorum in genere actum ita scriptum: Exceptæ sunt aliqua causæ, in quibus transmissiones actorum, utut a partibus rogata, non decernuntur, quales illæ sunt, quæ ex constitutionibus & consuetudinibus provincialibus dijudicari debent. Allegata*





legata verbotenus est Constitutio Pomerana. Pergit *Mevius*: *Talia statuta localia plene sciunt cujusque loci iudices, idcirco de illorum observatione melius judicant. At extranei non tam facile capiunt eorum intellectum, difficilius vim & rationem apprehendant, facillime vero in applicatione errant. Legatur ulterius, notatis maxime verbis: non derogat iudicium potestati erroneum corrigere, aut publicationem omittere. Sicut aliquoties meminere etc.*

## §. XIII.

Fere præteriissem patrium iussum, de non temere exigendis, in transmissione actorum, *Academiis Viciniis*. Novi quidem primariam rationem, a sumtibus petendam; sed loquitur textus ita, ut palpetur artificium, aliquam *Academiam*, ubi parum habetur notitiæ *Juris Meckl.* impetrandi, quum viciniore *JCTi* forte domestica nostra *Jura* habeant ad manus sciantque. Argumentum *Procuratorum*, ab expiscatione *Referentis*, est, penes cordatos viros, nihili & injuriosum. Licet, solidioribus nostris, notissimum *Edictum Meckl.* wegen *Eximirung der Academien*, bey *Berschiebung*, der *Acten* excerpere. Est illud adnexum *Ord. Cancell. Güstrov.* & habet datum anni 1669. d. 2 *Martii*. Verba nostri scopi sunt: *Nachdemahlen die Erfahrung bezeuget, welchergestalt die Partheyen, bey Berschiebung, der ergangenen Acten, dero ihnen erlaubte exception — — — dermassen mißbrauchen, daß sie nicht allein, ohne erhebliche Ursachen, die nechstgelegene Academien — — daß fast wenig, oder doch diejenigen allein überbleiben, welche auf viele Meileweges u. daß wir demnach solchen Unheil u. Concomiter der Gem. Bescheid, de 1672. d. 20 Apr.*

## §. XIV.

*Ventur, de Valentis in Parthen. Litig. L. I. C. XL. n. 19.* miratur receptissimum *Germaniæ* morem, traosmittendi acta, ad *Academias* plerumque remotiores, ubi aut *Jura Provincialia* ignorant aut stylum curræ nesciunt — — Ita ut sæpius *sententiæ* litium *ridiculæ, contrariæ, nullæ*, quoad *executionem*





tionem impossibiles reportentur. *Vid.* RENNEM. *de Transmiss.*  
*act. in Append. §. 5. f.* ubi multa, de extraneis, Jurium specialium  
ignaris. Vult legi, pariter ac WINTHER. *L. I. C. XI. n. 19.*  
durissime scribens.

## §. XV.

Proh! ex meis Directionibus memini, quod, in secunda,  
restitutionis praesertim instantia, debuerint Acta, Altorfium,  
Tubingam & Gießam, cum insigni rationum calculo trans-  
mitti. Sed annon foret brevior via, evitandi judicia extra-  
neorum errantia? Resp. non una tantum, sed una plures pa-  
rentent. Prima se limitate aperit, per *E. B. §. 399.* quem totum,  
cum nostris notulis, exscribere juvat: Es sollen auch unsre Lan-  
des-Gerichte überhaupt verpflichtet, und hiemit angewiesen seyn, in  
Sachen, wo keine Verschickung von dem einem oder andern Theil,  
ausdrücklich begehret wird, selbst zusprechen; und NB. in solchen  
Sachen, welche aus den besondern Landes-Gesetzen und Rech-  
ten entschieden werden müssen, die Acten nicht zu verschicken,  
(scil. non obstante petita transmissione) es wäre dann, daß un-  
ser besonder Interesse mit einträte, oder die Stimmen im Collegio  
gleich wären; oder eine oder andre Parthey die Transmissionem  
actorum verlanget (sicut interpretatio analogica) in welchen Fällen  
dann die verbindliche Landes-Constitutiones, woraus die Sachen  
zu dicidiren, beygeleget werden sollen. Quid si non in una vel  
altera pagina? sed in quadam Ord. Jur. vel Polit. Agnaria etc.  
vel si rarefactae? Quid si non praecisae dantur Constitutiones,  
constans tamen praxis? Omne vitium est in Advocatis, quo-  
rum nonnulla stant sub illo: Quod quis ipse non habet, id al-  
teri dare nequit. Admonentur illi graviter in *Ord. Canc.*  
*Gustr. P. I. tit. 5. §. 17.* verbis: da die decisio der Sachen,  
außerm Lübeckischen Rechte, einigen Statuten, oder löblichen —  
Gewohnheiten genommen werden müßten, sollen dieselbe von den  
Advocaten — — gebührend beygebracht werden. Pergunt  
§§. 400. 401. Außer diesen Fällen sollen unsre Gerichte, die Bey-  
und End-Urtheile selbst abzufassen schuldig und hiemit ein- für alle-  
mahl befehliget seyn: Lex loqui praesumitur. Wann auch über  
den

D

den





den Sinn der Landes-Constitutionen, den Gerichten selbst ein Zweifel vorkommt; soll darob nicht geurtheilet, sondern, der Interpretation wegen, es ebensals, wie — — — gehalten werden

## §. XVI.

Nova via foret, non quidem plane præscindere transmissionem actorum, sed jubere, ut ad patriam mitterentur Academiam. Verum, multa hic emergunt difficultates, præfertim, si idem Princeps non nisi unam haberet Academiam. Retraho igitur manum de hac tabula, quia Professores Juris soepe fuerunt Consulentes alterutrius partis, vel aliud interesse aliquamque affectionem habentes. Chartularium Facultatis præbet innumeros casus, transmissorum ex Judiciis Ducalibus actorum, ad Facult. Rost. Legitur interdum in litteris: Es wird aber, e. gr. wieder den D. Camerarium, Lindemann, Rahnen, Redeker etc. excipiret. Quanta fuerit, in puncto notitiæ juris Meckl. semper opinio, pro Acad. Patria, patet, inter alia, ex Ord. Polit. de 1572, von Erbschaften, §. wie aber die Eheleute einander erben. Verba concernentia hæc sunt: und wo die Bürgermeistere und Stadtvoigte, in Städten, oder unsre Amptleute und die vom Adel auf dem Lande, sich des Rechts, in diesen oder andern Fällen, wollen erholen und erkunden; so sollen sie den Fall deutlich und klar stellen und an unsere Landgerichte auf der Parthe Unkost, oder an unsere Juristen-Facultet zu Rostogk, zuversprechen schicken. Da soll ihnen umb die Gebühr, ein Urtheil gesprochen und mitgeteilet werden.

## §. XVII.

Accedat, ad illustrandum, memorabilissima illa, sic dicta Appellatio, die Berufung, auf die Rostockische Juristen-Facultät. Habetur illius descriptio in dem Rostockischen Etwas, de anno 1738 hebd. 5. Legitur ita: In dem Archivo der Facultät findet sich unter dem Jahr 1582 ein Requif. Schreiben, von Bürgermeister und Rath zu Grabow, welches also lautet: „Wahn, dann die Parte alhier, indeme ein jede auf seine Meynung verhar-“  
»ret





»ret geprieben, nicht haben können entschieden werden, und demnach  
 »die Sache ohne E. E. und Aech. W. Gunsten den Herrn der Jus-  
 »tisten Facultät appelliret, haben wir ihnen solches freigelassen und  
 »unbenommen gestattet. Derowegen dann — — wir über-  
 »schicken thun, alles — — vleissig bittende, dieselben wollen  
 »unbeschwertmen die Urtheile auf der Parthe Unkosten ahn uns schie-  
 »cken. Solches sind wir — — Datum Grabow, unther uns-  
 »ser Stadt, Insiegel Mitwochens den 7ten Febr. Anno 82.

Bürgermeister und Rath, der Stadt  
 Grabow.

§ XVIII.

Est, inter veteres disputationes juridicas Rostoch. quæ  
 ad stellas primæ magnitudinis referenda, illa *Sibrandina*, *Pa-  
 tris Præsidis*, & *Filii inaug.*, de *Sapientibus extraneis*, hab. 1692.  
 Merito vocatur illa *diff. Juris Communis & patrii Mecklenb.*  
 Placet eandem, quia toti instituto nostro inservit, analytice  
 adhibere. Præmisit Pater eruditissimum programma, ad quod  
 collegit veterum Jctorum titulos honorum: distinxit, inter  
 de Jure & de facto respondententes, quod posterius junioris ævi  
 esse probat exemplis veterum declinantium, quo nomine lau-  
 datur *Q. Cervid. Scævola*, Jctorum *Coryphæus*. Trahit, ad  
 suum tribunal, personatum *Hippol. a Lapide*, qui in sua famo-  
 sissima *diff. de Ratione Status*, nefande in Jctos invehit. Cor-  
 rigit *Sithmannum*, qui, in *Spec. Rom. Imp.* varios, qua statum  
 Acad. Rost. miscuit errores. Ex opinione *B. Viri*, ab erectis  
 Acad. & a tempore *Lotharii Imp.* coeperunt *Responsa Aca-  
 demica*. Dentur exempla. Sed hoc de Germania intelligo;  
 nam *Historia Responsorum Prudentum* præbet antiquissima  
 & recte judicari *B. Autor*: facile est advertere, Jctos omni  
 tempore fuisse, qui agendo, interpretando & consulendo Reip.  
 profuerint, quique consulti de rebus responderint. *Vid. AL-  
 THVS. Dicaol. Lib. I. C. 15. §. 9.* Primus, interea, qui im-  
 petravit respondendi facultatem, fertur *Massurius Sabinus*.  
*PANZROL. de Claris LL. Interpret. L. I. cap. 24.* de eo ita  
 tradit: *Primus ab Augusto, mox a Tiberio, jus respondendi de  
 jure*





jure obtinuit. *Ab hoc ejus Sectæ Jcti Sabiniani sunt appellati.* Concordant hæc, cum nota *Heinecciana, ad Elem. Inst. §. 67. ex tit. ff. de O. J.* ex cujus textu, in Examinibus solet interdum dubium moveri Candidatis, quod a tempore Hadriani, facultas, de jure respondendi, non debuerit peti, sed præstari. De *P. Scipione Nasica*, qui vixit sub statu democratico, legitur apud PANZIROL *L. I. C. 2.* quod optimus fuerit dictus & quod eidem publica domus, in sacra via, sit data, ut facilius consuli posset. *Vid. l. 2. §. ff. de O. J.* Inspiciatur ECKHARDI tersum scriptum, de *Apolline Jurisperito*. Cicero appellat domus Jctorum Oracula. Bona veritas! *Leg. Dn. ERATH diff. de Jctis adversus male de Jctis sentientes, Helmst. 1728*, quod venustum scriptum plenum est excerptorum concernentium, præsertim Grotii & Couingii.

### §. XIX.

Facio diverticulum & distingo inter Doctores Juris in sensu grammatico, & in sensu academico tales. Priores semper & ab omni ævo fuerunt, quia Jurisprudentia est scientia omnino addiscenda. Solebant vocari *sapientes*, vid. varii textus Juris Feudalis: *Doctores Sapientia, vid. Tacit. Annal. 14. 16. 3. Histor. 5. 4-53. Interpretes, §. 8. I. de J. N. G. & C. Legum Commentatores, §. f. I. de noxal. act. & terse l. 2. §. 5. 13. de O. J.* exprimit, quod sine Jctis jus commode subsistere nequeat. Sed quæstio est, quis, in sensu curiali, primus fuerit Dominus Doctor Juris, in Imperio Romano? Quis primus Herr Doctor, in Germania? Respondeo, quod ante Academiarum erectiones nulli fuerint Domini Doctores. Inscriptum quidem *Panziroliani Operis, Cap. VI. Libri V. Tiberius Coruncanus primus Doctor Juris*; verum textus docet, de sensu grammatico *docentis*. Repeto igitur meam, cum præmio aliquando publicatam interrogationem: *Wer ist der erste Herr Doctor in der Welt gewesen? De Jctis mihi est maxime cura; utur, & qua Theologos & Medicos, mea curiositas petit exsatiari; quandoquidem etiam, qua Doctoratum. Theologorum, multam influat, quoniam nostrum Principem, Johannem Theo-*





*Theologum*, Parisiis Doctorem Theologiæ creatum esse, cantatur. Poteſt, ſi volupe, legi *Panzirol. Lib. II. a cap. I.* Ego quaero primum Dominum Doctorem, den erſten Herrn Doctor, nec mihi cum Magiſtri titulo antiquiori res eſt. Qua Germaniam, meretur omnino legi, *BYDERI elegans progr. de Conſiliis & Reſponſis Prudentum Germania, medii ævi, Jen. 1749.* Paſſus, ſ. 7. van den wyſen Luden zu Jhene, perplacuit nobis. Pariter ad guſtum eſt *Dn. FVNCCI diſſ. de orig. & autoritate Prudentum, apud Ramanos olim Juris Legumque interpretum, Marb. 1754.* Eminet autem inter omnes de hoc themate, ſcriptores, *GVNDLING. in diſſ. Hal. 1730. de Transmiſſione Actorum. Vid. cum ſale ſcripta p. 20. ſqq.* Et quis non legit *B. Du. Doct. LEYSER. Spec. VI. med. de Reſponſis Prudentum.*

## §. XX.

Redeo pauliſper ad meos *Sibrandos*, excerpturus laudatam, de *Sapientibus extraneis*, diſputationem, Pater, in progr. taxat abuſum, quod ſæpe Conſulentibus Acta exhibeantur, manca, truncata, non integra. Ubi cordatus iudex haud moveret ejusmodi reſponſis. Supra jam de hoc themate ſcripſi; ſed nil vetat idem agere, & maxime *Cothmanni noſtri Reſp. I. Vol. I. n. 431.* excerptere. Non moveor, ita magnus ille Vir, *Reſponſis trium Facultatum Juridicarum*, namque præterquam quod neſcitur, qua ratione *Reſponſa illa data ſint, et utrum Acta Conſulentibus plene exhibita fuerint, conſtat quoque ad probationem, exhibita mendacia & calumnias affinxiffe conſulentem iſque veritatem obumbraffe, vel certo ad mendacia iſta & calumnias Reſponſa prædiſta, ſub- & obreptitiæ impetraſſe.* Abſolvit *Sibrandus*, verbis: *Quod & hodie quandoque evenire, quotidiana teſtatur praxiſ. Analyſis promiſſa, hujus diſſ. ſiſtit Cap. I. Generalia, de Sapientibus Extraneis. Cap. II. Sapientes extraneos, vel ut totum Collegium, vel extra hoc ſpectatos dantesque Reſponſa, vel vulgaria, vel ſolemnia. Incidit merito textus, des Landes-Grundgeſeglichen Erb-Vergleichs, S. 425. auch acta, in Civil- oder Criminal-Sachen, zu urteln, nie an privat Doctores zu verſchicken. Nova lex peperit conſilia, wie zu ſprechen.*





## §. XXI.

Est sane refertissimum illud caput, per distinctiones Collegiorum & Responsorum atque Decisionum. Noster Cancellarius, *Ern. Cothmannus*, vocatur Saxoniae Papinianus. Excerpta sunt verba Carolina finalia: bey den nächsteſten hohen Schulen, Städten, Communen, oder andern Rechtsverständigen, da sie die Unterrichte mit wenigſten Kosten zu erlangen vermeynen. Ex quibus verbis refutari solet opinio, quod in Const. Crim. sub nomine der Rechtsgelehrten intelligantur Doctores. *Cap. III. excolit distinctionem, inter Responsa, ad instantiam Judicis, vel partium data.* Splendent hic textus Meckl. von der Beylegung, derer einseitig eingeholten Belehrungen Sed, sufficit scriptisſa, edecumatam esse disp. etiam qua Jus Meckl. *Ex Cap. IV. de causis feudalis civilibus vel criminalibus*, lectu sunt dignissima vitia transmittentium, hinc de cautelis, inter quæ & hæc est Brunneſmanniana rara, verbis: unde & quondum imprimis si inquisitus ex magna familia ortus, quo tabellarius revertens, diversa a prioribus redeat. Solent enim eorum amici, de quorum artificii varia — — vel instruunt quosdam cognita difficiles, & subornant, qui ac si essent, sunt verba Sibrandina, fures & latrones redeuntem nuncium obruunt, Acta resignant, quærentes quasi pecuniam, juridicum Responsum legunt & prout illis visum fuerit, reddunt. Proh! quantæ machinationes; sed si ego, qui XL. per annos interfui Collegiis, enarrare vellem artificia ejusmodi amicorum, quæ apud me tentata, longa foret Historia, *Leg OLDEKOP. Tit. I. Obs. crim. 9.*

## §. XXII.

Ut B. L. sentiat mea qualiacunque scrutinia, nolui prævidere duriusculum scriptum, quod, si verum, prodiit Lugduni, anno 1722. & cum notis, Ultrajecti, anno eodem, *f. t. Observatio Juris practica etc. de Academiis Germaniæ, in transmittendis actis caute excipiendis, Auctore D. S. N. H. P.* Leguntur p. 5. acerba sequentia: Dantur in Germania Universitates, quarum Professoribus nil minus curæ cordique est, quam ut EX-  
TRA-





FRANEIS miseris litigantibus justam accuratamque administrent justitiam, quin potius nonnulli fugitivo oculo tantum perlustrant, verone quidem ipsi manum admoveant operi, sed relationem actorum suis scholaribus, vel studiosis, qui apud eos collegium practicum fortasse audiunt, ad exercitium committant, etc. Notistæ dispicent hæc verba quidem, ast restem oculatum se exhibet. Allegatur Regio-Electorale Justitz-Reglement, sub dato London, 1718. d. 20. Dec. qua verba: Die Erfahrung auch giebet, wie bey denen Juristen-Facultäten und Schöppen-Stühlen gar oft die Sachen nicht recht erwogen werden. So wollen wir und befehlen hies mit unsern Canzeleyen und Hof-Gerichten, daß sie hinführo gar keine acta mehr ex officio auf Universitäten, oder an Schöppen-Stühle verschicken, sondern selber urtheilen sollen. Idem vult der Meckl. Erb-Vergleich, §. 400. Quæ sequuntur, vom Glücks-Topf, & de vitiis Professorum Juris, legantur pariter ac liberaliter scripta, de dissensibus JCorum, etiam ex studio novitatis. Absolvo excerptum, voto, veterani Theologi, ad Jurisprudentiam applicato: *a rixosa Theologia libera me Domine.* Vid. STIRBERI *Hist. Reform. Luth. Præs. ex Matthesio & LUTHERO.*

## §. XXIII.

Excerpto eidem accedant alia, v. gr. D. de KLEIN, in *diff. de Resignat. Judiciali, quæ est octava in Vol. Cap. III. n. 20. sqq.* dolet in constantiam Collegiorum & novitatis studium, utens verbis Carpzovianis, quod non raro novelli in Dicasteriis Assessores rectius sibi sapere videantur, vel saltem decisa Antecessorum ad theoriam & disputata Academica revocent ambiguaque reddant, usquedum errore suo cognito, ad placita Antecessorum redeant, quæ facile aspernari piaculum sibi alii ducunt. Accedat veteranus alius JCrus Rost. B. J. S. LAVREMBERG, ex sua *disp. hab. 1667. de Actorum Lectione & Relatione, Tit. 3. §. 2. 3. 4.* ubi de Religione Referendarii argute agit. Satyrice, ut solebant Laurembergii, tractat Justitiæ infideliter inservientes. Pater omnium, nos fere obruentium, scriptorum de arte referendi, est Gryph. JCrus *Franc.*

STYP.





STYPMANNVS, scribens, 1649. editum *Tract. de Referendaris & eorum officio, in legendis actis*, qui nusquam ex merito in Jure praesertim Pomerano adhibitus & laudatus, meretur volvi. Placet excerptere, ad praesentem scopum, passum, *Cap. 7. n. 299. sq.* qua verba: *non est negligenda forma procedendi, in provincia recepta.* Hinc in *Camera Imp. ante omnia juxta consuetudines loci, ex quibus appellatum, sententia formatur.* Allegat singulare Pomeranum, n. 301. verbis: *Anno 1633. in Conventa Provinciali Anclami convenit, ne causae, quae dotalia concernunt, aut Aufsteuer-Sachen. extra patriam ad peregrinos judices mittantur. Ratio fuit, quod plerumque hac in re EXTRANEI valde hallucinantur, & ideo contingat, ut tali casu ad plures Facultates missa, una Facultas absolvat, altera condemnet, tertia mitiget; imo tales sententiae saepe sunt ridiculae, nullae, contrariae, non aliunde sane, quam ex ignoratione juris communis, quod praesumitur, aut LOCALIS, quod creditur.* Quae eodem *Cap. Stypmannus, nr. 97.* scribit, von denen Bey- und Neben-Schreiben, cum allegatione *Cothmanni Vol. 3. resp. 5.* ardui sunt momenti, pariter ac a n. 103. ventilata quaestio, ob, wenn Verschiebung, an eine aufwärtsige Facultät, gebeten, es thuntlich, an die Inländische, ja wol in derselben Stadt seyende Universität die acta zu senden, quam Autor affirmative resolvit. *Leg. GVDLINGII diff. cit.*

## §. XXIV.

Sunt nimis multa quadrantia, quae hae pagellae non capiunt. Non possumus tamen nobis temperare, ab allegatione *Ordinat. Imp. Cam. P. I. tit. 3. §. 2.* So sollen die Beysitzer — — — qualificirte Personen, aus Teutscher Nation geböhren, und derselben Nation Gebrauch und guten Gewohnheiten erfahren, seyn. Pomeranum Jus arctius disponit, nam ex illo *Stypmannus, Cap. 3. n. 48.* ita: *habet non rationem, tum quod fideiiores praesumantur, tum quod patriae jura & mores in secreto habentur, ne EXTERIS cavillandi vel corruppendi detur occasio.* Idem in *Pomerania cautum, Wollinenst Landtags-Abschied de 1600, quod Princeps nemini officia publica, quam indigenis committere velit. Hofger. Ordn. p. 17. ubi: in unserm Lande geböhren.* Hoc autem, legat B. L.





B. L. ulteriora. Satis ex inelyto Stypmanno, cui tamen adhuc debere volumus passum *Cap. 7. n. 76.* ubi de celebritate Fac. Jurid. Gryph. sequentia leguntur: *sic non ita pridem super summo & arduo Tutelari negotio, quod inter Duces Megapolitanos consistebat & in Collegio Electorali Imperii ventilabatur. nostra Fac. interrogata Responsum dedit, quod adis postea, typis expressis cum Ingolstadtensium sententia adjectum fuit. Suppleatur ex his venerabilis labor Nettelbladianus, ad rubrum Cl. 4. n. 4. Scripta Eristice de Controversa Tutela Principis. Num acta Germanica queant extra fines Imperii transmitti, ventilavit GVNDLING l. c. C. 2. §. 18. ubi specialiter de Acad. Argentoratensi,*

§. XXV.

Facimus adhuc repetitam generalem assertionem: referens Extraneus magnopere respiciat, & ea occasione vel evolvat, vel discat Jus speciale illius Provinciae, vel Corporis, aut Civitatis, unde vel acta sunt missa, vel est appellatum. De Advocatorum, qui non sunt fungi, vel malitiosi, obligatione, supra. Miror, inter multos, de Relationibus Scriptores neminem dari, qui ad cautelas pro Referente, de hac nota aliquid haberet. Tribus, Jurisprudentia ut plurimum est potum Eridos, unde cogitandum, de remediis sopiendi litem, ante processum. Dividatur objectum litis, inter partes: fiat ein *Wauren-Bescheid*, sive *Schnetter-Urtheil*, de quibus largiter *B. de LVDEWIG*, in *denen Hallischen Anzeigen*, p. 833. Conf. *Hallische Beyträge*, P. 2. p. 392. ubi *Koenigianum* inferunt. *STRYK. de Composizione*, C. 3. n. 23. *HOPP. Exam. inf. elegans Kiloniensis disp. Dreyero. Meyniana, de Tentamine concordiae; Kil. Datur, ut GROTIUS Lib. II. c. 24. deduxit & pronuper Jenæ est tractatum, etiam bellum utrinque justum. Tota sancta est, materia, de Transactionibus, non de Arbitris, quæ mihi, per experientiam, est odiosa. Venerabilis est passim character, *derer Friede-Richter. Conf. mea diss. vom Durchgreiffen, & BECHMANNVS, de amicabile compositione. Mereretur novam editionem diss. Rosl. ex anno 1685, Jac. LEMBKEN, ad illud: omnia prius experiri verbis, quam armis, sapientem decet.**

E

Vid.





*Vid. a §. 19.* Est inter phrasas practicas, ein Temperament in einer Sache treffen. Experientia, in causis publicis & privatis, me edocuit, quod summa sit prudentia, & quod rariores sint viri, die ein temperament anzurathen und zu treffen wissen. Pertinet hoc artificium ad ea, quae nec dici possunt, nec scribi, praeter illud, quod sit medium inter duo extrema. Aurea sunt verba *Ord. Canc. Gustr. p. 1. tit. 2. §. 10.* Er, der Canzley Director soll — — die Güte tentiren, eine Parthey nach der andern sondiren — — usque ad in Güte gehoben werde. *Conf. tit. 5. §. 4. 5.* von Advocaten, item *P. 2. tit. 1. §. 3.* von Ungerichten. Et maxime tit. 14 P. 2. O. C. G. von gültlichen Handlungen. *Ldgatur Tornov. P. I. p. 605. ff. ubi plura.*

## §. XXVI.

Tandem incidit ex *Jll. DREYER* P. II. *de rer. Sammlung.* p. 685. passus: Herren des Raths, in einem benachbarten Städtlein in Holstein die Partheyen um das Urtheil mit Würfelspielen lassen. Exhorrescendum est, adspicientibus *BARTHII Mille dissensus in Praxi & alios Controversistas, e. g. Strykium, Coccejum.* Adde, si lubet, *meam Palastram Juridicam & Decem Centurias Thesum Juris controversarum.* Testes mihi sunt, mei Domini Auditores, quantæ mihi interdum exsurgant iræ, ad illud: *alii, in scriptis ssystematicis, item ad illa: volunt, contendunt: licet multi dissentiant etc.* De vero, veriori & verissimo, supra, ubi de communi, communiori & communissima opinione, cum epiphonemate: *Gladio opus est legislatorio.* Datur venia pleonasmō & *legatur FICHTNERVS, de cerco Juris naso, Alt. 1724, HOLTERMANN de vario Juris usu & abusu in Cancellariis, WILDVOGEL de fortuna Jurgiorum: LVDOVICI de Judio fortunæ.* Tripudiente calcaneo ego sepe lego: sunt multæ DD. opiniones. E. gr. versatur in manibus *STRYKII* *diff. de compossessioe, ubi Cap. III. §. 3. n. 22.* legitur: *in hoc casu decidendo varie discrepant DD. Nam octo hic diversas opiniones recenset Menochius.* Strykius enumerat illas & suum interponit judicium. *Leg. SCHEID, de optima inter Jctos dissentientes Secta, Gatt. 1738. & HOMMEL de Jure arlequinizante, Byruth.*





*Byruth. 1761. p. 10. item WESTPHAL de distincta pract. ratione in Jure privato Rom. Germ. 1724. ubi §. 3. de variis consiliis emendandi Jurisprudentiam. Addatur nubes scriptorum, ex parte ridiculorum, von Verbesserung des Justiz-Wesens. Et iterum WESTPHAL de Acad. defectibus.*

## SECTIO TERTIA.

### EXHIBENS, EXEMPLA QVAEDAM, JCTORVM, EXTRANEORVM IN JURE MECKLENB. ERRANTIVM.

#### §. I.

Plura dantur exempla, in registraturis Judiciorum, quam in Libris impressis Jctorum, quorum multos, per meam ætatem pervolutivi, partim, ob usus academico-practicos, partim, vt viderem, quinam in Decidentibus, Consulentibus, aliis, extraneis offendantur casus Mecklenburgici. Quatuor, in effectu, sunt Classes, meorum Jctorum. *Prima*, istorum, qui nunquam fuere, vel sunt Mecklenburgenses: *secunda*, illorum, qui ante vocationes, in hanc provinciam, fuerant extranei: *tertia*, eorum, qui postquam apud nos docuerunt, vel Collegiorum membra fuerant, evocati ad alios: *quarta*, horum, qui, utut extranei, in his terris, plane officiis eminentioribus functi, quales sunt multi, v. g. *Marescalcus, Gædelmannus, Grassus, Luccanus*, uterque Cancellarius *Cothmannus, Curtius, Chemnitius, Kirchhofus, sive Cœmeterius, Stephani, Schuckmann* & alii quamplures, inter quos & Cancellarius *Schaneitch, Callo-dryus*, ex veteri phantasia, etiam appellatus, *Bruningius*, ceteri. Addi possunt, classi quartæ affines, illi, qui ad tempus aliquod intermedium fuere Mecklenburgici, abeuntes extra provinciam. Sunt, de eorum numero, *Thomingius, Tabor, Reinking*, alii. Quid fuerit in causa, rationes domestica & personalissi-





nalissimæ doceant. Incidunt verba KRANZII, ex *Lib. XI. Metropol. C. 22, n. 47*, de Academia Rostochiensis, Gryphiswaldia præcipitanter redeunte: *Ex illo die, ita stunt verba, satis tenuiter viros præstantes apud se habent: qui meliores cernit rerum conditiones, abiens amplectitur. Inde Jctos apud se diu retinere, viros præsertim graves & memorabiles non possunt. Distinguantur tempora & cons. scriptum Priestianum, de Gloria Acad. Rost. ex Professoribus aliorum evocatis, gratulatorium, ad Perillustrem nostrum Consil. intimum, Dn. SCHMIDT.*

### §. II.

Planè singularis nobis erat casus Schæpferianus. Celebris enim ille Vir, ante vocationem Meckl. jam erat Professor Francofurtensis: vocabatur huc, recedebat Kilonium & revocabatur, in Aulam & Acad. Meckl. Quæ obfervatio haud levis est, in applicatione pragmacissimæ Synopsæ Pandectarum, quippe quæ primitus scripta Francofurti & revisa cum viveret Kilonii. In genere eminet hæc synopsis & recte de hoc opere judicat BYDERS in *Biblioth. Juris, Cap. VIII. §. 14: Facilitate & selectu se commendat Schæpferi Synopsis.*

### §. III.

Sed, de exemplis quibusdam Jctorum Extraneorum in Jure Meckl. errantium, sermo est. Dabo talia, modo præmiserim, quod dati etiam fuerint sæpe Jcti Meckl. in Jure Meckl. errantes. Er quid mirum? Respondet, cum ambitu, Autor venusti libri, editi, 1749. f. t. *Les Agremens de la vicillesse, p. 60, verbis: Personne ne peut donner, ce qu'il n'a pas lui meme.* Majora autem sunt vitia voluntatis, corruptionis, parialitatis, pruritus reformandi, oscitantæ atque avaritiæ. Notetur vero, quod dentur variæ controversiæ Juris Meckl. vid. mea *diff. de dubiis Juris Meckl. vexatis*, in quibus errasse, est illud, quod logice vocamus, aliquid statuere. Id quod in contraversis & hypothesebus problematibusque nemini vertendum vitio, modo non sit stello.

### §. IV.



## S. IV.

Exstantissimus est error, Nic. MYLERI, ab EHRENBACH, JCTi, ex tor logiis notissimi, commissus etiam in auctiori Tract. de Principibus & Statibus Imp. Rom. Germ. Vid. P. I. cap. 24. de filiarum illustrium successione in Imp. Rom. Germ. ubi ita: quædam, in Imp. R. G. familia illustres in defectu masculorum, etiam Filias ad successionem feudi titulati admittunt. Cujus præcipua exempla sunt, in Archi-Ducatu Austriæ — — in Ducatu Cliviæ & Juliacensi, ac in MEGAPOLITANO DUCATU tale Jus viget, teste Thoming. Conf. 4. Vol. I. Proh! & iterum proh! In Jure privato extraneum crasse, est peccatum veniale; ast, in Jure politico, tantæ partis Germaniæ, est, scribendo, de Principibus Imperii, excessus inaggratibilis, & se remittere ad alium, patente Historia, nihil excusat. Omnis ille lapsus extraneorum, credo, ortus est, ex fama, de Jure Virginum Nobilium Meckl, Usufructuario,

## S. V.

De illo inclytus JCTus Jen, Dn. HELLFELD, in Elem. Jur. Feud. Cap. IIX. §. 201. excepto uno commate, quod pace, ut patrius scribere debeo, solide docuit, verbis: hinc feuda Megapolitana, ob eam rationem, quia in illis obtinet jus virginum nobilium, das Erb-Zungfern-Recht, inter feminea referri nequeunt. Hocce enim Jus filiabus non tam succedendi jus tribuit, quam solum in usufructu filiabus vasalli, NONDVM NVPTIS, (en comma illud) in casu deficientium filiorum, ad dies vitæ competente, consistit.

## S. VI.

Vix opus est, enumerare brevem catalogum, feudorum femininorum Nobilium, ex projecto novissimo Juris Feud. Meckl. Tit. II. §. Damit aber. Sed fiat! So werden solche (Mecklenb. Weiber-Lehne) hiemit nahmbhaft gemacht, nämlich Briggow, Hinzenhagen und Barchentin; auch, in gewisser Maasse Potremß, Scharstorf und Bresen. Ueber diese aber sollen, weder jetzt noch





künstig, Weiber-Lehne statuiret werden. Laudabiliter collegit B. WOLFIVS, in *Elem. Jur. Feud. cap. X, §. 27.* Feuda Imperii R. G. feminina; ubi sub clausula: *Et plura forte alia, minora omnino tantum respexit.* Conf. *diff. Burgmanno-Mantziana, de Femina Vasalla.* TORN. *de feud. Meckl. P. I. p. 300.*

## §. VII.

In verbis interdum nimis sunt faciles Jcti. E. gr. MEVIVS Conf. 77. scribit: *filiam ex Constit. Meckl. ad vitam heredem feudi.* Sequentia verba: *de illo feudo investitus est J. Negendank, publice citatis Paribus Curiae, merentur Commentarium.* Quod in Comitibus publicis, praesente Serenissimo, saepe sint investiti Vasalli Meckl. probare possum ex antiquis protocolis. Casus Negendankianus erat ex anno 1642. Quae Mevius d. l. n. 35. 36. ex jure Meckl. feudali habet, non facimus nostra. Sed sit venia censuræ.

## §. VIII.

Sed ita semper fuit in fatis, modo non debuit non, ame in *diff. de filia Nobili Meckl. taxari,* Matthæus WESENBECIUS, *inclutus. suo tempore, Jctus Jen. & Witteb. vid. P. I. Conf. I. n. 44. fgg.*

Magni nominis fuit in Aula Meckl. ille Wesenbecius. Instar omnium probat illud Historiae Projecti Hufaniani, quod Sereniss. Dux ULRICUS, gl. m. eidem transmiserit illud projectum, cum requisitione Consilii. Vid. die Gerdischen Samlungen, nr. 2. Quis verat Wesenbecianas humillimas litteras remisitoriales & hoc loco, ex parte repetere.

Durchl. — — Gnädiger Herr!

E. F. S. jüngstem Befehl zufolge, habe ich die Lehns-articulliche mahl überlesen: befinde sie wol und vernünftig, denen Lehns-Rechten nach, gestellt. Wolte Gott — — Der Allmächtige schicke es alles zum Besten und verteihe E. Hochfürst. Gnaden





zu diesem Werck und ganzer glickefeliger Regierung zeitlichen und ewigen Seegen. E. F. S. bin ich — —

Matthæus Westenbecius, D.  
Datum Wittenberg, den 7ten Jan.  
Anno 1582.

An Herzog Ulrichen zu Mecklenburg.

§. IX.

Nolo, ex rationibus; mihi, ceu Concipienti, ultimi Pro-  
jecti Juris Feudal. Meckl. specialissimis, hoc loco censere, *B.*  
*Cancell. de LVDEWIG Propositiones, von dem Deutschen Pro-*  
*vinzial-Lehn-Rechten, cap. 8. von den Meckl. Lehen. Posthumæ*  
*sunt illæ, a D. DAEGENERO, 1750. editæ, & crederem B. Vi-*  
*rum, cui discursive multa forte exciderunt, si videre posset*  
*editionem, indignabunde eandem laturum. Legatur præfa-*  
*tio, circa finem, ubi de stylo. Reliqua, ut promisi, stant mihi,*  
*ex veneratione tanti Viri, sub illo: manum de tabula. Cer-*  
*tum est interea, Jus feudale esse amplissimum & provinciali-*  
*ter caute & cum sudore, tractandum.*

§. X.

Quis LVNIGIO, inæstimabili Collectori, Corporis Feud.  
Germ. fuerit autor inserti, Tom. II. a fol. 1542. sub rubro  
octavo, vom Herzogthum Mecklenburg, nr. I. Nachricht von  
Meckl. Lehn-Sachen, vellem, nisi dudum scivissem, discere.  
Loquuntur paginae nonnulla, quibus neutiquam subscribo sed  
tantum adjicio, quod gravis influxerit typoshetæ error. De  
hoc Lunigio mixtim judicatur, *de LVDEWIG in Præf. Reliqu,*  
*manuscr. p. 77. 105.*

§. XI.

Pergens, repeto hoc loco, *Coroll. 5. ad diss. meam, de Jure*  
*Patronatus, ad creditores & prædiorum sub hasta entores, non*  
*transcunte, hab. 1752. Sonat ita: vellemus, legisse ante FINCKEL-*

THV.





THYSIVM, quam scriberet Cap. VI. n. 38. de Jure Patron. In Ducatu Megapolitano esse consuetudinem, quod ambienti, parochiam vacantem, *NON ALITER* patent aditus, quam si, una cum parochia, vel defuncti Antecessoris viduam, vel filiam in uxorem ducat, nostram Ordinationem Eccl. Revisam, f. 278. a. Si legit antea, mala ejus mens apparet. Verba merentur huc repeti: Wir können geschehen lassen, so junge Witwen nachblieben, oder der verstorbene Pastor eine gewachsene und wolerzogene Tochter hinter sich verlassen, und ein junger Mann, der zu dem Psaredienste gungsam qualificiret, und sich mit der Wittwen, oder ihrer Tochter zubefreien geneigt, daß der für andern dazu befördert werde. Da gleichwol mehr der ganzen Gemeine, als einer oder iweniger Personen, Heil und Bestes muß in Acht genommen und keine gezwungene Ehen assistet werden. Sonst müssen die Wittwen, mit den Iren, am Gnaden-Jar sich begnügen lassen. HOMMEL in Orat. hoc anno edita, de Ordinariis Facult. Jur. Lips. de hoc Finkelthufio, p. 34. scribit, quod haud raro singulares tuetur sententias.

## §. XII.

Commendo meas Meditat. ad Pand. sacras qua Proph. Ezechielem, n. 187. ubi *EST SLEVOGTII Spec. Tr. de vocatione ad Pastoratum, sub conditione matrimonii, cum defuncti Pastoris vidua, aut filia inveniendi, rec. Jen. 1748.* cum addito germ. von der Vocation unter der Schürze, in quo §. XI. ad illud Finkelthufianum: *Non aliter*, terse commentatur, allegatus. Absolvitur illa med. ad Ezech XLIV. v. 22. In illo commate mutavi mentem, quam exserui in denen Meßl. Intelligenz-Bogen, de 1750. nr. 17. sub rubro: Freie Gedanken, über das Gnaden-Jahr, der Prediger-Witwen und Kinder. Ultima verba hæc sunt: Die Hoffnung, der Wittwen oder der Töchter würde, auf diesem Wege, vid. anteriora, vom Quartier und der Kost, nicht allein nicht verrückt, sondern noch bestätigt.

## §. XIII.

Obstupecebam, in primis motibus, legens, in diss. J. Cti Lips. KAESTNERI, de equo ad res expeditorias pertinente, habi.

1743.





1743. §. 5. In legibus feudaliſibus Mecklenburgicis, §. 10. ſic diſponitur: Daß Heergeweiſe kan, mit des Verſtorbenen beſten Pferde, oder da er keines dergleichen gehabt, mit einem halben Marck löſen, 2c. 2c. Indignabundus in me ipſum accuſabam me gra- vis incuriæ, quippe qui tot vicibus, ex ſilentio veterum proje- ctorum & ex terſis patriæ deciſionibus, docueram, ſcripſeram, in Megypoli non dari ſucceſſionem Heergewetticam. Vid. meum Jus Meckl. Illuſtratum, Cent. I. jud. 9. 15. Cent. II. jud. 33. Cent. III. jud. 17. Sed evolvens allegatas de LVDEWIG Reliqu. Manuſcript. Tom. II. Nr. Codicilli Dipl. 76. ex quo excerptum eſt deſumptum, ſubridendo legebam: *Leges Feudales Tecklenburgicæ*: humaniter ſtatuebam errorem typographicum, quales in ſimili dantur plures in *Historia patriæ*, etiam interna atque domeſtica, v. gr. annotatæ in *meinen Büß. Ruheſtunden*, confuſiones Cænobiorum *Rehna* und *Rhüne*. Stat, ex abundanti, ſententia, in his terris non dari ſucceſſionem Heergewetticam. Non autem ſoleo reticere Auditoribus veſtigium, quod datur in der 27ſten Frage, unter denen, die der gottſeelig Herzog ULRICH 1581. an einige ſeiner Ritterschafft aus dem ſtreitigen Meckl. Lehn-Rechte, erlaſſen. Quæſtio diſta ita jacet: Ob die Land-Erben des verſtorbenen Lehmanns negſten Lehns-Folgern das Heergewette heraus zu geben, ſchuldig ſeyn ſollen und was zum Heergewette, vermöge dieſes Landes und Fürſtenthums Gebrauch, in ſpecie gehöre? Reſponſio ita concepta: Wiſſen wir, daß das Heergewette von Alters gefordert und gegeben, auch wol nicht gegeben worden; weil aber dieſer Gebrauch aus dem *Sachſen-Rechte* eingeführet, und darin begriffen iſt, was darzu gehöret, ſtellen wirs auch dahin. Vid. de GERDES zweyte Sammlung, Nr. 2. Sed ſaris hac parentheſi. Species Saxonicas enumerat *Fac Jurid. Dipl. anno 1738. apud KAESTNERVM, §. 3. & Fac. Roſt. 1571. ceu videre eſt, Cent. III. jud. 17.*

## S. XIV.

Jam ego bina plagia, ex proprio ſcripto, committere volo.  
Eſt illud *Spec. ſecundum, Pandectarum Juris Meckl. §. 8. & 15. coll. §. 23.*

F

Primum





Primum excubere liceat totum, ita conceptum: *Megapolitani Homines proprii non equidem optima sunt conditionis, a se nec sunt deterrima: et hinc sequitur, quod minus recte, imo tumultuarie plane asseruerit Henning ARNISAEVUS de Republ. Lib. I. c. 3. sect. 9. n. 3. quod homines proprii Megapolitani ut & Pomerani parum absint ab antiquorum servitute. Erat equidem Arniseus Medicus, quidem, sed, testibus tot scriptis, Politicus. Legatur Jo. Henr. STAMMII, Jur. D. & Camerae Imp. Assessoris opus de servitute personali, Lib. I. tit. 1. n. 9, ubi, contra Arniseum, servitutis moderatae justitiam probaturum se sistit. Sed videatur Lib. III. Cap. 17. n. 7. verba: in Ducatu Megapolitano, Pomerania, Polonia, Russia & aliis nonnullis locis homines proprii ad servorum conditionem quam proxime accedunt, dum quicquid in bonis habent, id solo sibi ad nutum domini concesso usu, omne spectat ad dominum, Arniseo teste. Legatur MEVII Consil. 66. n. 40. f. ubi Megapolitani Homines proprii, utur durioris quodammodo conditionis, a tyrannide tamen Slavica & Vandalica sunt liberati.*

## §. XV.

*Taxarunt hos lapsus, ita pergunt meae Pand. Juris Meckl. l. c. jam ante nos, satis, B. Sam. STRYKIVS, U. M. tit. de Statu Hom. §. 7. B. Cancell. de KLEIN, diff. de Conven. Jur. Culm. & Gedan. cum Jur. Comm. Sax. Prut. & Lubec. Dec. 1. conv. 2. quique se remittunt, ad COTHMANNVM & alios. Post ea tempora, omne tulit punctum, Perill. Dn. de BALTHASAR, in III, diff. radiantibus de Hominibus propriis Pomeranis. Add. post MEVIUM & TORNOVIUM, item LEYSERVUM, Medit. Spec. 16. diff. Scharfiana, me Praeside hab. & lectu dignissimus labor, nostri Dom. D. & Prof. celeb. MARTINI, inauguraliter heic Buzovii, 1763. sine Praeside defensus, de conditione atque Statu Hom. propr. in Megapol. Liceat addere verba Meviana, ex dicto consilio, n. 114. Unde valde cavendum, capiant sibi hoc in-ex extranei, ne quæ JCtis de suarum vel aliarum terrarum rusticis — — injuria errabitur. Vult legi integrum responsum, a JCtis Meckl. Absolvitur illud, ad meum filium facientibus verbis: omne, quod meo tuo, periculum inde est, ne, si causa ad extraneos iterum deveniret JCtor, illi etc.*

## §. XVI.





## §. XVI.

Arniseus dedit occasionem, §. 23. dicti Speciminis, ubi de Christianismo, servorum conditionem meliorem reddente & turpe Jus, vitæ & necis, in Jurisdictionem patrimoniale mutante. Narraverat ille, *Lib. I. de Republ. Cap. III. Sect. 9. n. 4.* historiolum Mecklenburgicam, verbis: scio, in Ducatu Megapolitano, ante hominis memoriam, priorum hominum quendam in vicinam urbem se recepisse, mox Domino in solitudine obviam factum agnitumque, atque adeo vivum, ut occurreret, in media domini sylva combustum fuisse, quod factum in pecunia tantum, ut tunc erant mores, vindicatum fuit, quasi non homicidium, sed excessu crudelitatis tantum ad pœnam raptus fuisset. Hodie; ita absolvitur §. per Dei gratiam, non ita sœvire licebit: addo, sœvitiam in homines proprios esse inter casus felonix, qua feuda Meckl. Notetur graviter Tit. 43. P. II. Ord. Jud. Aul. Prov. Num verum sit, quod scribit Dn. C. F. HARPPRECHT in floribus sparsis, ad Jura priv. sing. Germ. Tubing. 1755. p. 57. jam Sec. XII. servi in Germania testamenti factionis participes fuerunt redditu, sue loco hic relinquimus. Ipse Autor utitur verbis ambiguis: *Notum est, — uti volunt.*

## §. XVII.

Idearum conexio ducit ad errorem, a G. C. LEISERO, in *eleganti Jure Georg. Lib. II. C. 7. n. 10. commissum*, & a TORNOVIO nostro, P. II. Tr. de Feud. Megap. p. 185. taxatum, verbis: hinc sententiæ Leiseri, quam tenet, quod in Megapoli nulla reperiantur bona emphyteutica, multo minus censitica, simpliciter suffragari non possum, tum propter obstantem ei §. 16. Reversal. nostrarum, de anno 1621. tum quia praxis contrarium docet, da nemlich die Erb-Mühlen, und Erb-Krüge &c. Quid clarius, verbis articuli dicti: daferne sie keine Erbzinsgerechtigkeit, jus emphyteuticum, oder dergleichen beyzubringen hätten &c. Tribus: est error gravissimus, Conf. MEV. vom Zustand der Bauers-Leute, p. 57. COTHMANN Vol. II. Resp. 97. n. 20. Legatur, si placet, Jus Meckl. ill. ad indicem. Valde notabilia sunt edicta Meckl. e. gr. de 1686. d. 7. Apr. 1690. d. 3. Mart. invitatoria, zur Wiederherstellung, der durch den Krieg verwüsteten Dörfer. Verba Leiseria.





feriana sunt nimis liberalia: In Provincia Megapolitana nulla bona emphyteutica, multo minus censitica. Quid hoc?

§. XVIII.

Dantur causæ, contrahendi vela; ergo unum vel alterum tantum adhuc memorabo exemplum, Jctorum Extraneorum, in Jure Mecklenburgico errantium. De binis ludebam plagiis; alterum jam est commissum; alterum jam committam, exscribendo §. 15. Videamus, ita legitur, quid, quoad Jus Testamentorum, circa homines nostros proprios observandum veniat. Disserte Mecklenburgicis Doctores vindicant testamenti factionem: Vid. MEY. Tr. laud. C. I. u. 34. TORNOV. de Fend. Meckl. P. II. p. 192. f. Allegati sunt, præter hos, extranei & perrectum est: Et hæc tamdiu vera erunt, donec probatum fuerit in contradictorio contrarium. Rariores sunt omnino casus, quia communiter sunt pauperes & parum vel nihil habentes. Dissentit Tubingensis LAVTERBACH, in Coll. Pand. Tit. qui in testam. fac. poss. Secutus est illum nostras Dn. de WESTPHALEN, in diss. f. 2. Specimen positionum Jur. Rom. diffon. a Germ. & Meckl. p. 25. Vellemus, ut aliunde probasset suam assertionem. Vid. B. Dn. WARNEMUNDEN, Dissert. Juris Civ. & Meckemb. Sect. I. tit. 3. f. 3. ibique all. à KLEIN, TORNOV. & SCHAREF.

§. XIX.

Liceat, ex Jure Meckl. Illustrato, Judic. XXII. Cent. V. anno 1744. a Professoribus, M. & S. ut privatis DD. conceptum, eapropter allegare, §. §. ad thema valde facientibus. Pronunciarant Jureconfulti Fac. N. in casu, de Jure viduarum Nob. Meckl. plane erronee. Sufficiant lineæ: die rationes decidendi ergeben, daß es denen Herren JCrts zu N. so ergangen, wie man es nicht selten erfähret — —. Die Herren haben, in ihrer decision, allenthalben zum Grunde gesetzt, daß, im Meckl. Land-Rechte, die communitio bonorum inter conjuges eingeführet sey. Isteme, darin sind sie gar nicht gut zuwege. Domini N.N. schreiben es wären, in Mecklenburg die alten Land-Rechte noch mit am meisten, wieder den Eintritt, des fremden Römischen Rechts bewahret geblieben.



geblieben. Wir wolten, daß es also Grund hätte; aber, wir müssen gestehen, daß wol nicht leicht eine Provinz im ganzen Deutschlande sey, worin man so sehr durch das Römische Recht übertäubet worden, als eben in dieser. Die Historie und die Inductio geben Ursache und Beweis. Und, bey solcher situation, da wir das Römische Recht für integraliter recipiret halten müssen, hat es, mit einer jeglichen controversia juris, bey uns, den Bescheid, daß, wer die receptionem in Germania vor sich hat, das onus probandi non-usum auf den Gegentheil schützet.

## §. XX.

Dati fuerunt etiam Doctores intranei, Jus Meckl. non intelligentes immanesque sententias, quum adhuc licerer, illis, vid. der Landesgrundgef. Erb. Vergleich, l. c. ferentes, qui terribilia legere cupit, evolvat *Jus Meckl. ill. Cent. IV. jud. 68.* ubi casus correctus, in criminali infanticidæ condemnatione, ex anno 1720. & junior, in puncto furti.

## §. XXI.

Liceat novum adjicere exemplum, Extraneorum, in Jure Meckl. Feud. errantium. Inspiciatur *diff. B. J. Cti Giessens. JENICHEN, publ. 1751. de Usu hodierno Parium Curia, in Feudis Germ. Prov.* Particula prima fert inscriptionem: *Pares Curiaë adhuc supersunt, in Feudis Provincialibus Germaniæ. Nominat errantes, Schottelium, Struvium sen. S. Strykium, Winzingerum, Trierium & nostrum, ex Jure feudali præsertim, celeberrimum, Car. Henr. MOELLERVM, allegando ejusdem Usus Practicum Distinct. Feud. Cap. XXV. dist. 1. p. 535.* De quo inferius. Omnes in ea opinione esse asserit, omnia, quæ de Paribus Curiaë afferuntur, in Jure feudali hodie nullius esse momenti. Pergit, *nescio, quis malus genius* (incidit scribendi illud; tantæne animis celestibus iræ) *adeo in transversum abripuit viros, non sua defraudandos laude, ut veritatem clarissimis testatam monumentis, tam temere & inconsulto vocaverint in dubium & sententiam responderint legibus, moribus atque consuetudinibus Germaniæ feudalibus plane adversam atque contrariam. Merentur sequen.*





quentia legi, inter quæ de causis illius erroris Allegatur MENCENII Sen. *diss. de foro compet. vassall.* notabilis, propter verba *Señ. I. §. 8. Rarius tamen hodie in multis nostri Imperii Provincis.* Bene! nullius momenti & rarius esse, toto differt caelo. *Señ. VII.* B. vir speciatim ex Jure Meckl. scribit, excerptendo classicum textum Reservatum, de 1621. in secunda subscriptione, v. Wollte auch uns jemand selbst besprechen, so wollen wir, vermöge des heiligen Reichs Ansträge, oder vielmehr Niedersetzung Parium Curiae einem jeden unweigerlichen Rechts pflegen. Classicum appellavi illum textum, cogitando de incidentibus in der Hof- und Landger. Ordnung & in Resol. ad Grav.

## §. XXII.

Allegavit Jenichius etiam Projectum des Meckl. Lehnrechts, de 1602. id quod per se nihil operaretur; verum, qua hunc passum omnia sunt in patenti. Sufficeret sola hodierna formula des Lehn-Eydes, qua passum concernentem: Wenn ich darum erfordert werde, nebst andern meinen ebenbürtigen Mit-Lehns-Genossen Recht geben und nehmen soll und will. Est in manibus his formalis processus, in causis feudalibus, inter Serenissimum Meckl. & uno plures Nobiles. Destinatus est ille Parti, derer Ruhe-Stunden, XXVI. quæ sub prelo dudum sudavit. Lipsiensis inclytus JCtus MASCOVIVS in *diss. de paribus curiæ*, hab. 1740. quæ scater passibus Germanicis, de Judio Parium, *vid. §. 8. sqq. §. 19. sqq. §. 28.* ne verbulo quidem Megapoleos injicit memoriam. Verum, ita fuit semper in factis.

## §. XXIII.

Sed meum est, suavissimi, dum viveret, MOLLERI defensionem in me recipere. Erat ille mihi instar filii & Juris Feudalis penes me cultor indefessus. Jenichius illum inter eos refert, quos malus rapuisset genius. Evolvatur autem allegatus locus & legetur: *Judicium parium curiæ, tam ratione feudorum Imperii, quam provincialium, iis præsertim in locis, ubi vassalli simul*



*simul sunt subditi, FERRE exolevit.* Sunt quidem sorores illius *vix, fere & pæne* nobis haud parum odiosæ; ast interdum tria illa verba merentur indulgentiam. Et quid clarius contra illam imputationem, quam verba, p. 540. sq. *Si quando controversia ipsos Serenissimos Principes simul concernit* — — ad constituendum hoc casu iudicium parium curiæ sese clementissime obligarunt. Excerpti sunt tres illi textus cardinales & absolvitur pagina verbis: *nec exempla plane desunt, hoc in usum esse deductum.* Sed, quid si, per novum Jus Feudale, uti est in Projecto, plane abrogaretur?

## §. XXIV.

Habere novissimum exemplum, pronunciati extranei, in causa feudali Meckl. quod inter alia, restantibus rationibus; etiam ex inadæquato conceptu, *der gesammten Hand*, proflixit. Sed quia in facto longe nimis Dn. Referens a tramite Meckl. recessit & facilis erit medela, nolo illum casum distinscte adhibere. Tribus: quoties fratres renunciant sortitioni, toties alius agnatus nullo jure potest ambire feudum. Sed forte alia occasione, de illo pronunciato, quod publicatum, MDCCLXVII. d. 20 Martii, in nostra Jll. Cancellaria feudali.

## §. XXV.

Quam vellem scire textum patrium, in quo se fundavit Dn. MYLIVS, in *diff. supra all. de Juris Germ. Univ. conceptu*, quam scriberet *Cap. I. §. 8.* Ita e. g. in — — *Ducatu Mecklenburgico Speculum Saxonicum expresse abrogatum est.* Placet respicere assertionem ad §. 4. C. II. *Germania inferior magis conservavit jura patria, quam superior.* De veritate ejusdem haud leviter, maxime qua nostram Megapolin, quæ, non sine damno, Jus Romanum recepit integraliter, adeo ut subsidium fere sit factum, caput & principium, erit dubitandum. *Add. B. HOFFM. Spec. Conj. polit. cap. 2. period. 6. Sect. 3. §. 2.* Dn. WIESAND. *ep. de causis neglecti Juris Germ. Lips. 757.* Dn. BOCRISIVS *de Germania Jurispr. sua domestica nunquam destituta, Bamb. 1749.* *Ampl. Dn. BROKES, de exiguo Legum antiquarum usu.*

## §. XXVI.





§. XXVI. Cui non obstant tot labores atque tot incommoda, etiam  
 Senectutis, is faciat analyfin *Resp. 26. Cothmanniani, Vol. III.*  
 casum successione feudalis Meckl. concernentis, ex simultanea,  
 ut loquuntur, investitura: Casus recte est decifus, aut videatur  
 appendix rationum dubitandi, quibus multa sunt inaspera, de  
 investitura simultanea Saxonica. Verba sunt, n. 136. notabi-  
 liora: *Jus Saxonicum diacesin Episcop, Sverinensis territorio Sa-*  
*xonico vendicat. N. 230.* allegatur falsa argumentatio Domino-  
 rum Ingolstadiensium ex Saxonia ad Megapolin. *N. 269.* ex-  
 scripta sunt verba *Hartm. Pistoris: Ich weiß nicht anders, es sey*  
*das Jus Sax. in Mecklenburg und Pommern abrogiret und aufge-*  
*hoben.* Casus erat de successione lineæ agnaticæ, num nempe  
 in illa obtineat proximitas gradus. Legantur a cupido verba a  
*nr. II: Omnes pene interpretes docere videntur, quod si una linea,*  
*sine heredibus extincta, successio ad aliam lineam deveniat, quotquot*  
*in ea linea inveniuntur, equaliter succedunt. Signorolus de Homo-*  
*deis* expresse cum aliis multis allegatis consuluit, quod, in con-  
 cursu proximiorum & remotiorum, hi cum illis ad successio-  
 nem sint admittendi. Sed remitto perlustrationem ad vege-  
 tiores, subscribens Cothmanno. Quoniam autem influxit ali-  
 quod speciale, de Episcopatu, jam Principatu Sverinensi, non  
 potest non mihi incidere, quæstio, de dispari nexu Terrarum,  
 Megapol., per Pacem Osnabrugensem, incorporatarum. Est  
 ea his pagellis altior. *Conf. mea diss. de filia nobili usufr. Meckl.*  
*pos. 18.* Quod privilegium piorum corporum, in concursu  
 creditorum, non sit in Megapoli plane universonum, alibi docui.  
 Influunt multa ex doctrina de incorporationibus, de quibus le-  
 gantur, si volupe, *Fritschius, Lyncker & alii.*

TANTVM,  
 PER DEI GRATIAM, HAC VICE,



COROL-



Buetano, Diss., 1761-71




f  
5b.











8.

12

DISSERTATIO IVRIDICA,  
DE  
**IVRE CONSULTIS**  
EXTRANEIS,  
IN  
IVRE MECKLENBURGICO,  
ERRANTIBVS:

P 522

QVAM,  
DEO T. O. M. ANNVENTE,  
PRAESIDE,  
**D. ERN. IO. FRIED. Manßel,**  
SEREN. DVC. REGN. MECKLENB.  
CONSIL. CANCELL. ET CONSIST. COM. PAL.  
CAES. ET IVRIS, IN ACAD. FRIEDERICIANA,  
BVEZOVIENSI, PROF. ORD.  
AVO SVO VENERABILI,  
H. L. Q. C.  
ANNO MDCCLXVII. DIE XXV SEPT.  
DEFENDET,  
NEPOS,  
**ERN. IO. FRIED. Manßel,**  
ROSTOCH. IVRIS STDV.

ROSTOCHII,  
TYPIS ADLERIANIS.

